















DR. ERNST DARMSTAEDTER
No. 1035
COLLECTION

Güttler.


WELLCOME
LIBRARY

Miracula & Mysteria

CHYMICO-MEDICA.

Libris quinque (quorum summam pagina versa exhibet,) enucleata.

Studio & operâ

PHILIPPI MULLERI FRIburg. Brisgoi Philos. & Med. D.

Editio secunda.

Cum Gratia & Privil. S. C. M. ad decennium.

16  14.

Accesserunt his:

1. TYROCINIUM CHYMICUM.
2. NOVUM LUMEN CHYMICUM.

Summa horum, juxta seriem Capitum & Tractat. ad calcem invenienda est.

Impensis Clementis Bergeri Bibliop.



LIBER PRIMUS.

De

LAPIDE PHILOSOPHICO

& ejus præparatione.

LIBER SECUNDUS.

De

PARTICULARIBUS TRANSmutationibus.

LIBER TERTIUS.

De

PRÆPARATIONIBUS RARIOribus ex mineralibus præcipuis, ☿, ♀, Vitriol. Tart. Arsen.

LIBER QUARTUS.

De

MODIS SECRETIORIBUS EX vegetabilibus simplicibus faciendi Extracta, Aquas destillatas, Balsamos, Essentias & Sales Philosophicos, item ex quibuscunque lapidibus tincturas elicere.

LIBER QUINTUS.

De

MEDICAMENTIS VARIIS SEcretioribus & rarioribus ad omnes morbos totius corporis humani.

REVERENDISS. ET SERENISS.

MAXIMILIANO III.

AUSTRIÆ ARCHIDUCI, DUCI BURG. THEUTONICI ORDINIS PRINCIPI, &c.

Domino Clementiſſimo

S. D.

NIhil in univerſo hoc, ſub ſole aut ſupra ſolem immutabile eſſe, Illuſtriſſ. Princeps, adeò decantatum eſt apud politiores rerum naturalium ſcrutatores: ut dubitare hac de re, hominis aphiloſophi eſſe, nõ immeritò dicatur. Quãquam enim cœleſtia corpora vulgari Peripateticorum opinione tanquam corruptionis & omnis mutationis expertia celebrantur: attamẽ

qui altioribus nituntur principijs: longè aliter, dum in ijs mutationem deprehendunt, sentiunt. Sub Sole mutationem subire omnia, apud omnes extra controversiæ aleam positum est. Et quemadmodum in macrocosmo, ita & in microcosmo, omnibusque ad eum pertinentibus, non minores deprehenduntur mutationes. Oritur homo & moritur. Mutatur moribus, ætate, corporis statura, temperie, animi habitibus, bonis fortunæ, & quibus non? Hodie hic dives, ille pauper. Cras inverso ordine rotam volvit fortuna. Regna omnia & ditiones mutationem subeunt, nec diu uni hero submittunt fasces: quod cuivis manifestũ, qui cunctos mundi angulos animo saltem perlustrat. & quàm pluribus abhinc annis varijs paruerint dominis, attentius examinat. Neque regna tantùm mutantur, sed hominum linguæ etiam; adeò ut nostri seculi homines, sive

Germani ſive Itali, ſive alij majores ſuos ante aliquot ſæcula, qui vixerunt, ſi reviviſcerent, nequaquam intelligerent. Mutantur & religiones: Imò artes & ſcientiæ præclaræ omnes mutantur atque hinc inde migrant. Olim Ægyptij claruêre variarum rerum noticia & doctrinâ excellenti. Ab his migrarunt Muſæ in Græciam. Græcis deinde relictis in Italiam & vicinas regiones avolarunt. His retro actis ſeculis Alpes tranſvolarunt in Germaniam & ultiores regiones ſeptentrionales, quibus hodierno ſeculo nulla regio cultior eſt moribus & ſcientijs. Econtra, quæ olim politæ regiones, modò barbariei cœno miſerè volutantur. Ægyptijs & Græcis hodie quæ gens barbarior? at quondam quæ cultior & politior? Italis olim qui doctiores, qui bellicoſiores? Hodie Germani & vicini Boreales palmam pænè in omnibus præripiunt.

Et niſi ingratitudinis notas ſubter-
fugere votis modiſque omnibus
cupimus, verendum utique, ne &
nos ſimili pœna Deus ille ſummus
artium & ſcientiarum autor afficiat.
Atque quod modò de artibus in ge-
nere pronunciatur; vel maximè de
arcanis naturæ Chymicis & Medi-
cis dici poteſt. Hæc enim moder-
no ſeculo gelidam ad Arcton flo-
rent vigentque; ſub Solis ardore ja-
cent torpentque. Cujus rei teſtes
eſſe poſſunt volumina de his arti-
bus hîc neglecta, ibi benè multa ha-
ctenus edita: quibus non pauca na-
turæ arcana aperiuntur. His ſi e-
go nonnulla adjungo antea non
publicata; talentum mihi à DEO
commiſſum non malè me ſervaſſe
arbitrabor. Cui verò potiſſimum
hunc laborem meum conſecrarem,
non diu deliberandum fuit. Occur-
rebat enim vel antequam ad hoc
me opus accinxi, T.C. Illuſtr. Prin-
ceps; qui Pater patriæ noſtræ &

Dux

Dux à DEO Opt. Max. constitutus es: quo nomine cùm tibi me meaq; omnia debeam, in submissionis signum hanc lucubrationem meam tibi offerre volui debuiq;. Accedit & hoc, quod præter sapientiam & pietatem incredibilem in C. T. elucentem; amor quoque variarum & arcanarum scientiarum imò & noticia non vulgaris C.T. radicitùs inhæreat. Quamobrem tum has ob caussas, tum ob innatam C. T. totique domui Austriacæ benignitatem, hunc fœtum meum licèt immaturum te fronte serenâ susceptu-rum haud diffido. DEUS Opt. Max. C. T. nobis diutissimè sospitem & florentem tueatur. Datum Friburgi Brisgojæ, 4. Augusti, Anno 1610.

C. T.

Subjectiss.

Philippus Müller.

LECTORI
CANDIDO.

Rationem instituti mei, Lector Candide, ut te edocerem, operæ pretium esse duxi. Et initiò quidem cur librum hunc tali titulo præfixo in lucem prodire volui. Etenim non sum dubius videri multis pomposum nimis & fastuosum: sed nomina hîc rebus suis convenire deprehendet is; qui libellum totum animo & oculis percurrere non gravabitur. Quæ enim se miracula non pandunt in Lapide Philosophico, particularibus transmutationibus, salibus Philosophicis, extractis, aquis destillatis, &c. faciendis? Quæ non mysteria Medica in parte opusculi hujus ultimâ? Lege ergo primùm & intellige, deinde judica; nec priùs. Non equidem sum nescius, artis hujus magistro non esse miracula nec mysteria. Sic enim & in omni arte vel abstrusissimâ, nihil perito admirandum aut rarum est. Sed hæc transeant. Quare autem luci publicæ dare volui hunc laborem meum; sola

caussa

caussa est utilitas publica: quam ut respicerem, monuêre amici complures & editionem rogavêre. Neq; ignotum est doctioribus, quantâ laborent in charybdi hodie Pharmacopæi, suas illas operosas & numerosas receptas venditantes, crudo modo confectas; quibus si meliores nos aliquas exhibemus: Apollini gratiam: imò Hygiæ & Panaceæ parenti, Deo ter. opt. ter. max. Idem tibi Lector faveat; & tu mihi.

vale.



Viro Clariß. & excellentiß.

Dn. D. PHILIPPO MULLERO FRIBURGENSI, CHYMIATRO peritissimo.

S. P.

CASP. BARTHOLINUS Danus, Doct. Philosophus & Medicus.

ERgò tandem diffusurum te inaudio, MÜLLERE mi oculissime, ingenij monumenta; satis diu hucusq; occultata Numerò censebis, sat scio, in lucem efferri. At censet præter te nemo alius. Cùm juncti ollim fuimus sermonibus in Italiâ, regionum illâ reginâ; memoriam tibi refrico, quid condixeris. nempe ut te editione non tardares, ob operis argumentum; quod pro publico bono. Præsta age fidem! Mihi verò amorem: qui, quoniam corpore non licet, animo tibi junctus sum, optimâ illâ parte mei.

Coi-

Coitum illud inter nos amicitiæ fœdus, fac non nisi nobiscum moriatur. De me, ita me sancta Hygeja nostra amet, hunc affectum tibi spondeo: qui vehemens (Amicitiæ genium juro) in te fuit, statim ac concepi. Quia verò virtutis caussâ, quæ æternā; æternùm alam: quamquam & ob mei amorem reciprocum, quo pluris me facis & æstimas, quàm mea mediocritas meretur. Præsta, inquam, fidem & Miracula illa tua Chymica ede. Ede: ne talentum tibi à DEO commissum humi servasse videare. Metuis ab obstreperorum quorundam, ad nascētem Famam tuam obruendam conatibus? Ride, vicissim irride, & solo contemtu, ut facis, ab istis te vindica. Immò felicitatis loco habe. Quò enim plures in ramos luxuriavit arbor; eò strepitum densiorem ab aurâ vehementiori commota edit; fortiùs verò, quàm paucioribus â ramis instructa alia,

 resi-

reſiſtit: Ita Fama, Virtus, Eruditio, quô ſe expandunt magis, augentur, multiplicantur; eò magis etiam invidorum tempeſtate, & malivolorum turbine premuntur, turbantur, rapiuntur, non opprimuutur, non exturbantur, non abripiuntur. Per eam cauſſam optabis potiùs vel cœli & terræ in te commotionem; ceu infallibile ſignum virtutis denſioris, Famæ explicatioris. Interea ita Famam capta, quaſi contemturus: ita contemne, quaſi captaturus. Ut mundum perluſtrando, mundum contemnere diſcimus: ſic Famæ blandientem auram anxiè captando; eamdem pro aurâ, umbrâ, nihilo habere. Interim Famæ & Gloriæ contemtu, in horumdem præmium, utut non affectatum, nolentes volentes incurrimus. De me ſcire vis, & rebus amici, quo verſentur in cardine? Habe pauca. Fervere modò ſub manibus meis Medica varia, quæ exire ge-

ſtiunt

ſtiunt; & in ijs præire: Paradoxorum Philoſophicorum & Medicorum Centuriæ aliquot; opuſcula nonnulla Anatomica; Tractatus de Cauterijs; de Opio & Laudanis Opiatis Liber, &c. Utinam cum bono aliquo publico! Conor quidem magis, quàm efficio; volo, quàm poſſum, in publicum prodeſſe. Præ me fero. Nec tamen omnem deſtituit conatum effectus; nec omnem poteſtàs voluntatem. Tu ecquid jam agas, & cumprimis ecquid valeas, fac me ſcitiorem: atque in me ſis, quem oſtendiſti; certus à Bartholino eadem tibi fore: Salve à me ex animo; qui ex animo tibi cupio: & parentem tuum, ſenatorem ampliſſimum, naturæque amatorem & indagatorem haut poſtremum à me ſaluta.



Viro



Viro Clarißimo


Dn. PHILIPPO MULLE-RO, PHIL. ET MED. DOCTORI,

Chymica Miracula & Medica my-ſteria edenti, &c.

EDe tuum Chymicum Medicumque, PHI-LIPPE, libellum:
Et ſubtile ampli profer opus Genij.
Exiguæ molis liber eſt Sed myſtica rerum
Pondera ſi video, grande volumen erit.
Immenſo lapidi ceu gemma minutula præſtat;
Sic liber ingenti prævalet iſte Libro.
Ne dubita quæſo venientem admittere laudem.
Dignus es, ut curæ præmia digna feras.
Digna feres etiam: tantùm hæc myſteria pro-
Cui tu das, famam dat Medicina tibi. (mas.

Francofurti ad Mœnum, ſcrib.

Ianus Hermannus Sil.
Poet. Laur. Cæſ.




LIBER PRIMUS.

DE

LAPIDE PHI-losophorum.

PROOEMIUM. Pag. 1.

Cap. 1. *De Instrumentis ad opus Philosophicum idoneis.* 8
Cap. 2. *De materia Lapidis in genere.* 16
Cap. 3. *De* ☿. 19
Cap. 4. *De Præparatione & purificatione* ♀. 27
Cap. 5. *De* ☽ & ☉, *& eorum præparatione.* 28
Cap. 6. *De opere ipso.* 29



LIBER SECUNDUS,

DE

PARTICULARIBUS TRANSmutationibus. 39
Modus Primus. 41
Modus Secundus magis vulgaris. 44
Modus tertius. 45

LIBER

INDEX.

LIBER TERTIUS.

DE

*PRÆPARATIONIBUS RA-
rioribus ex mineralibus præcipuis,
☿, ♁, Vitriol. Tart.*

Arsen. 49

Cap. I. *De Præparationibus ex ☿.* 52

1. *Præparatio ☿, quæ dicitur Aquila alba.* Ibid.
2. *Mercurius vitæ.* 53
3. *Turbith. minerale sine vomitu.* 54
4. *Pulvis albus, optimus.* 55
5. *Balsamus ☿.* 56

Cap. II. *De Præparationibus ex ♁.* 57

1. *Præparatio ♁ optima.* Ibid.
2. *Oleum ♁ dulce pro medicina humana, secretum secretorum.* 58
3. *Oleum ♁ ad externa, mirabile.* 59
4. *Ol. ♄ ad vulnera.* 60

Cap. III. *De Præparationibus ex Vitr.*


1. *Spiritus Vitrioli verus.* 61
2. *Oleum Vitriol. probatissimum, & secretissimum.* 62

Cap. IV. *De Præparationib. ex Tart.* 63

1. *Spiritus Tart. nec non oleum.* ibid.

2. Tart.

2. *Tart. album vitriolatum calcinatum.* 64
3. *Nobilis Tart. præparatio ad fugandas maculas in quacunq; corporis parte.* 65
4. *Terra foliata Tart. secretissima.* 66
5. *Arcanum Tart: ad ulcera maligna omnia.* 67
Cap. V. *De Præparationib. ex Arsen* 68
1. *Præparatio Arsenici ad ulcera cancrosa, schirrosa, maligna, hypersarcomata, &c.* Ibid.
2. *Alia præp. ad Cancrum.* 69
3. *Butyrium Arsenici.* 70




LIBER QUARTUS.
DE
Modis secretioribꝰ ex vegetabilibus faciendi Extracta, Aquas Destillatas, Balsamos, Essentias & Sales Philosophicos.

Cap. I. *De modo faciendi ex quovis simplici EXTRACTUM.* 74

Cap. II.

Cap. II. *De modo faciendi AQUAS DESTILLATAS ex simplicibus, retentis horum colore, odore & sapore.* 80
Alius modus facilior sed ignobilior. 82
Cap. III. *De modo faciendi ex simplicibus BALSAMOS.* 85
Cap. IV. *De veris simplicium Essentiis, & SALIBUS PHILOSOPHICIS.* 88
Cap. V. *De modo essentias & tincturas ex quibuscunque Lapidibus eliciendi.* 95



LIBER QUINTUS
ET ULTIMUS.

DE

Remediis variis rarioribus & secretioribus ad omnes morbos corporis humani à capite ad calcem. 98
Pro dolore capitis. 100
In defluvio capillorum ob luem ♀. 103
Ut crines decidant. 104


Ad clarificandos crines. 105
Ad faciem clarificandam & dealbandam. Ibid.
Ad capitis tineas. 106
Ad barbam augendam. 107
Ad vertiginem. Ibid.
Ad Apoplexiam. 108
Contra Epilepsiam. 111
Ad delirantes & amentes. 114
In Melanchol. hypochon. 115
Ad Memoriam. 116
Ad soporosos affectus, 118
Ad somnum conciliandum. 119
Contra Paralysin. Ibid.
Contra spasmum, 120
Ad visus imbecillitatem, obscuritatem & cæcitatem. 121
Ad conservationem visus diutiss oculosq; ab omnibus maculis purgans. 122
Ad inflammationem oculorum, dolorem, epiphoram, &c. 123
Ad suffusionem. 124
Ad fistulam oculi. Ibid.
Ad phlictænas, pustulas & maculas oculorum. 125

Ad obstructionem nervi Optici. ibid.
Ad rubedinem oculorum. Ibid.
Ad surditatem & tinnitum. 126
Ad hæmorrhagiam narium & aliarum partium. 127
Ad Catarrhum. 128
Ad raucedinem. Ibid.
Ad vocem recuperandam. 129
Ad dentium dolorem. Ibid.
Ad dealbandos & firmandos dentes. 130
Ad casum Vvulæ. 131
Ad scrophulas. 132
Ad Anginam. 133
Ad Dispnæam & Asthma. 134
Ad Pleuritidem. 135
Pro hæmoptoicis & phthisicis 137
Ad Empyema. 139
Ad affectiones Cordis, Syncopen Cardiacam, &c. 140
In febribus malignis. 144
In peste. 145
Ad febres omnes in genere. 149
Ad Tertianam. Ibid.
Ad Quartanam. 150
Ad habendā Lactis abundantiam. Ibid.
Ad ab-

Ad abscindendum Lac. 151
Ad duritiem mammarum. Ibid.
Ad mammillas ulcerosas & Cancrosas ob lactis redundantiam. 151
Ad Ventriculi affectus. 152
Ad nauseam & vomitum. 153
Ad ciendum vomitum. 155
Ad oxyreuma. 156
Ad singultum. Ibid.
Ad obstructiones Epatis & Icterũ. Ibid. & seq.
Ad Hydropem. 158
Ad Lienosos. 160
Ad Calculosos. 162
Ad Diabeten. 163
Ad dolores colicos & iliacos. 164
Ad fluxus ventris. Ibid.
Ad disenteriam. 165
Ad Lumbricos. Ibid.
Ad vermes puerorum. Ibid.
Ad Hæmorrhoides. Ibid.
Ad Hernias. 166
Ad Stranguriam & Ischuriam. 168
Ad mictionem sanguinis. 169
Ad ardorem Urinæ. Ibid.

Ad Go-

Ad Gonorrhæam. Ibid.
Ad Impotentiam & læsam virilitatẽ. 170
Ad uteri strangulatum. 171
procidentiam. 172
Ad mensium suppressionem. 173
Ad menses immodicos & fluxum album. 174
Ad Conceptionem. 175
Ad gignendum gemellos. Ibid.
Ad prohibendum abortum. 176
Ad partum facilitandum, secundinas retentas & fœtum mortuum eijciendum. Ibid.
Ad Podagricos, & quovis modo arthriticos. 178
Ad lu em veneream. 181
Ad ulcera. 182
Ad Cancrum. 183
Ad Fistulam. 184
Ad Vulnera. 185
Ad sanguinem coagulatum ex casu ab alto. 186
Ad ambusta. 189





PHILIP. MULLERI FRIBURG. PHIL. ET MEDIC. D.

LIBER I.

DE LAPIDE PHILOSOPH.

PROOEMIUM.

MAteriam aggredior fortunante DEO à tot jam seculis celebratam & etiamnum quotidie decantatam, raram tamen in opere & paucissimis obviam, non quidem ob difficultatem, cùm opus sit muliercularum, sed autorum ob obscuritatem; perplexamque scribendi rationem; qui, ut quidvis in hac arte obnubilent, nihil intentatum relinquunt. Et

hac quidem parte multò magis peccant neoterici omnes, quàm ullus antiquorum, qui quidem dilucidiori ſermonis genere in hoc explicando naturæ myſterio ſemper uſi ſunt: ut niſi recentiores ſemper magis magisq́ue tenebris obvolviſſent; non ita tardè plures ad optatam metam perveniſſent. Neque duntaxat obſcuritatem ſtudioſè ſequuti ſunt; verumetiam inverſum & præpoſterum dicendi ordinem; ut quod primum in opere eſſe debet, aliqui ultimo adjudicaverint loco. Aliqui etiam immiſcuêre alieniſſima, quæ ad hoc myſterium non plus quàm fabulæ Æſopicæ faciunt. A quibus vitijs omnibus ego ſanè quantum fieri poteſt & licet, immunis eſſe ſtudebo, non quaſi experientiam in hoc divino & raro opere habeam (neque enim eò aſpirare audebo) ſed quaſi dilucidiùs producturus & ordine optimo, quæ alij & antiqui & recentiores inordinatiſſimè

atque obſcuriſſimè protulêre. Et revera ſatiùs eſſet eos, qui quotannis ferè hac de re ſcripta promulgant, imperfecta & obſcura, tacuiſſe penitus; quam temporis & pecuniæ tum ſibi tum alijs diſpendium peperiſſe. Quamobrem quod ante me factitatum neſcio, luci publicæ dabo, non quidem quod experientiâ habeo (hac enim me carere ingenuè antea faſſus ſum, & identidem non infiteor,) ſed quidquid veri ex recentiorum & antiquorum libris editis rationis ſcrutinio complecti valui, quicquid ex libris vetuſtiſſimis manuſcriptis in Germania & Italia viſis haurire potui, quicquid denique ex virorum doctiſſimorum amicorumque colloquijs percipere ſtudui; daturus figuras exactas turris Philoſophicæ huic operi inſervituræ, & partium ejus omnium; deinde materiam Lapidis, quantum intelligere licuit; tandem ejus præparationem, abſolutionem &

perfectionem quæ ſpectare videntur: ut cui otium & ad hanc rem animus, non difficilis in hæc arcana pateat acceſſus. Atq; hæc omnia tractaturus, inſuperhabito diſcrimine eorum omnium, qui de Lapide Philoſophico quæ dicuntur omnia ſalsè rident, ceu falſa, nugatoria, & impoſſibilia; in quos ſi verbum ego aliquod mutire vellem, cum ijs utique penitùs inſanirem. An fortè fictitius eſt Lapis ille, quia eum non tradunt Hippocrates, Galenus & Ariſtoteles? O quàm multa hodie nota ſunt, illis quæ nunquam innotuêre. Nec deſunt infiniti auctores, viri magni, ijs partim antiquiores, partim recentiores, hujus notitiam qui habuëre optimam. Putant unam ſpeciem in alteram tranſmutari non poſſe. O delirantem inſcitiam. Diffidunt oculis proprijs videntibus infinitas res in alias ſemper mutari, & unum ſemper ex altero fieri. Videntibus

etiam

etiam oculis & audientibus auribus diffidunt, varijs in locis factum verum per artem aurum (non dico naturale, quod nonnulli imperitè effutiunt, cùm per artem quod fit artificiale sit) optimum & ſincerum, probationes omnes ſuſtinens: quod qui videre cupis, orbem Chriſtianum perluſtra, ſaltem vicinas tibi orbis partes & urbes. Si materno ſolo inhæres ſemper, oculis pervolve Barnaudi de Chriſta libellum plurimis experientijs nominatim citatis veriſſimis refertum. Sed deſino hanc in rem verba facere, quia apud verè doctos & veros Philoſophos hæc in dubitatione nunquam poſita ſunt. Inſinuanda tamen hæc fuerunt ob tyrones, qui à magiſtris ſuis imperitioribus & Galeno ceu DEO unico adjuratis, credere coguntur & defendere, quod ultra ſapientiam magiſtrorum nihil ſapit. Adeò infelicia hæc ſunt ſæcula, quibus moderni Doctores

discipulos ſuos ſe ſuperiores fieri non optant, imò vetanr, quibus inquam, ipſi etiam diſcipuli nihil ſublimiùs cogitant, animoque ſcrutantur, quàm quod à præceptoribus didicêre. Vnum ingeminat vulgus. Vbi illi aurifices & Alchimiſtæ? Cur non monſtrant cuivis ſe artem tenere, ut fides ijs faciliùs adhibeatur. Nuſpiam tales apparent in ullâ regione homines, quos inde victitare, multò minùs diteſcere notum eſt. Ad quod Reſpondeo dici rectiſſimè illud: Notum non eſſe. Etenim qui theſaurum invenit pretioſum, poteſt ne tam exiguæ mentis eſſe, ut ijs oſtendat & aperiat, à quibus ſibi periculum, ignominiam, calumniam exinde imminere certus eſt? Ita infeliciſſimi illi qui alijs ſcientibus ſciunt hanc Lapidis conficiendi artem. Modò reges & principes ceu aucupes, eam ab ijs poſcunt, aut per pollicitationes magnas favoris & honoris obtinendi,

aut per minas, carceres, torturas, mortem. Ab his ſi liber es, ad minimum ludibrio vulgi expoſitus eris, & Alchimiſtæ nomen hodie ultra modum exoſum audies. Quam ob cauſſam ego hujus in Lapide arcani operationis modum manualem tenere nunquam herclè exoptarem. At animo ea ſpeculari, quæ in natura admirabilia ſunt, & non brutis verùm ſoli homini conſideranda data, nemo unquam prohibuerit. Quocirca ad rem alijs ſepoſitis propero.



CAPUT PRIMUM.


DE

Instrumentis ad opus Philosophicum idoneis.

INitio atque ante omnia turrim exstruere oportet rotundam vel quadratam ex coctis lapidibus modicè crassis, cujus internis parietibus circulus infigirur ferreus; & huic capella cum tegmine imponitur; in qua ovum Philosophicum destituitur, cujus collum supereminet nonnihil supra fornacem. Fornax autem tribus supernè foraminibus donatur, ut obstructis iis omnibus calor quasi quarti gradus regnet; duobus obturatis, calor tertij gradus; unico, secundi; & omnibus apertis primi gradus ignis teneat. Alia minor turris, vel pars turris pro carbonibus juxtà ædificatur minùs capax, habens infernè tubum in priorem partem

partem ingredientem. Quæ omnia patent optimè in ſubjectis figuris, earumq; declaratione.

Sequentes Decem figuræ Conſtructionem turris Philoſophicæ edocent.



 Pri-

PRIMA FIGURA TOtam turrim cum vasibus impositis; ac si jam opus sub manibus ferveret, repræsentat.

A. *Prima turris pars vasa continens.*

B. *Secunda pars, carbonum receptaculum, replendum usque ad summum, priùs tamen in imo carbonibus probè accensis.*

C. *Primæ partis summitas, quæ inter operandum tegitur, ita tamen ut collum ovi ad latitudinem manus emineat.*

D. *Secundæ partis summitas etiam tegenda impositis carbonibus.*

E. *Fundamentum.*

F.F.F. *Foramina per quæ calor egreditur, ut ijs clausis calor incendatur, apertis remittatur.*

G. *Ovum Philosophicum.*

a. *Ipsius colli initium.*

H.H. *Ferreus circulus, cui capella ovum continens innititur.*

I.I.I. *Locus fornacis vacuus, vapore calido tamen plenus.*

K. *Orificium fornacis per quod carbones immittuntur.*


L. Or-

L. *Orificium infimum per quod ciner eximuntur. Utrumque autem orificiu probè occludatur.*
M. M. *Craticula ferrea carbones sus. nens, & cineres transmittens.*
N. O. *Canalis ex secunda parte in pr mam tendens.*
P. *Locus carbonum.*
q. q. *Ansulæ tegminis.*
T, V. *Capella tegmine tecta.*

Reliquæ figuræ omnes turris par tes speciatim exponunt.

FIGURA II.

Figuram lapidum, & formam constructionis utriusq; partis turris refert.



f. f. f &c. *Lapidum coctorum figura lõgitudine 2 palmarũ ve 8. digitorum*

FIGURA III.

Primam turris partem eamq; maximam ostendit.



FFF. *ut antea.*

HHH. *Locus Circuli ferrei.*

K & L. *Ut antea.*

Q. *Locus, ubi Canalis secundæ partis ingreditur.*

a *Collum prominens ut antea; ut calor ovi ex calore colli percipiatur.*

FIGURA IV.

Secundam turris partem explicat.

D. *Ejus ſummitas tecta.*
K. L. N *Ut antea.*
O. *Principium Canalis.*
R. *Interſtitium vel Cancelli ferrei, carbones nè illabantur.*
P. *Spacium, in quo prunæ.*

FIGURA V. & VI.

Capellam cum tegmine repræſentat.



T. *Tegmen Catini, fictile vel Cupreum.*
S. *Ejus foramen per quod collum ovi ſe exſerit.*
V. *Capella fictilis vel cuprea cinerib. quernis plena.*
XX. *Ejus ſummitas quæ conjungitur arctè cum yy.*
q. q. *Anſulæ tegminis.*

FIGURA VII.

Circulum ferreum depingit.



HHH", *Circuli cuspides turris parietibus infigendi.*

Z. *Circuli capacitas.*

FIGURA VIII.


Craticulam exhibet.



FIGU-

FIGURA IX.

Ovum Philosophicum integrè proponit, quod in medio est apertile.



a. *initium Colli in ovo.*

e. *collum ovi.*

b. *interstitium superioris fundi partis, ab inferiori.*

FIGURA X.

Ovi partes disjunctas effigiat.

a. & e. *ut ante.*

c. *superior fundi pars, quæ excipitur ab inferiori.*

d. *inferior pars capacior & superiorem in se recipiens.*

CAPUT SECUNDUM.

DE *Materia Lapidis in genere.*

ARtifex quivis instrumentis comparatis materiam quærit, ex qua opus aliquod sui artificij fabricet. Ita & nos instrumentis delineatis, antequam de operatione aliquid dicamus, materiam primùm subjectam, ex qua Lapis noster generabitur, proponemus. Et remotam quidem primamq; materiam jam adferemus, quæ triplex: ☿. ☾. ☉ Omnis enim perfectio in trino consistit. Vnde illud: Trinum omne perfectum. Hinc summa & independens perfectio licet una, trina tamen. Ab hac si discedas, spiritus immateriales reperies triplices: Bonos, malos & Medios. In homine ipso omnia perfectiora trinitatem amant. Tria sunt membra prin-

principalia: Cor, Cerebrum, Jecur: ex quibus triplices oriuntur per totum corpus ſparſi canales: Arteriæ, nervi, Venæ: atque in his triplices ſpiritus pro totidem facultatibus: Vitales, animales, naturales. Imò ut brevibus rem, nè nimis extra rem procedatur, expediamus; in ipſo humano ſexu trinum reperies: Marem, fœminam, Hermaphroditum. In hoc autem opere noſtro, ☉ mas eſt, ☾ fœmina, ☿ androgynus: quæ concurrere ad unum opus debent. Nec quicquam artis filium movere debet diſcordia nugatoria aliorum, qui materiam docent, *tart. vitriol.* ♁, □, vinum, acetum, urinam, menſtruum, ſemen, ſecundinam, ſanguinem, Chelidoniam, Lunariam, Salamandram, & alia infinita. Etenim aut artem ignorant, aut metaphoricè loquuntur, ut intelligant aliud ſimile ex colore, conſiſtentia, aut quavis aliâ affectione. In vanum ergo laborant miſeri, qui extra metalla

talla

talla materiam operationis quæ-
runt utinam vulgatum illud Philo-
sophorum omnium animo circum-
ferrent: Simile generat sibi simile.
Nunquid bos leonem generat? An
homo herbam aliquam, aut planta
metallum. Verum est, fuit, eritque
semper hominem generare homi-
nem, equum ex equo procreari. Vel,
quod idem est. Ex semine hominis
hominem, ex equino equum; ex ru-
tæ semine rutam prognasci, non
salviam. Sic aurum nunquam facies
sine auro, nec argentum absque ar-
gento. A quâ semita si quis exorbi-
tat, jam se oleum omne & operam
perditurum certò persuasum habe-
at, etiamsi vitæ suæ omnes annos,
omnesque facultates impendat. Et
quia tales reperiuntur complures,
qui multos annos, & sumptus im-
mensos faciunt in hoc opere, mo-
neo tales veram artem haudqua-
quam callere, cum & pauco tempo-
re, nempe mensium aliquot, totum
nego-

negotium absolvatur, & sumtus pauci satisq; tolerandi requirantur, Cum parum expensarum quidvis, præter, solos carbones, exigat.

CAPUT III.

DE ☿.

IN genere hactenus explicatum est, triplicem requiri Lapidis celebris istius materiam.

In specie nunc & particulatim quamlibet expendamus. Primum occurrit Hermaphroditus ille, nempe ☿. Cave autem intelligas vulgarem illum & leprosum, ad opus nostrum omninò ineptum. At inquies, ubi itaque quærendus & unde: Hunc quod attinet, scias eum incarceratum esse, & compedibus permultis vinctum. Nemo liberat & expedit præter philosophum: qui quotidie eum videt, licet carcer fenestris

careat

careat & oſtijs; quam ob cauſſam vulgus eum non videt, non agnoſcit; licet quovis momento in omni totius mundi loco omnis homo habeat pauper & dives, noctes diesque, Manibus eum omnes contrectant, pedibus conculcant; aut aliter contingunt; nec tamen agnoſcunt, quia Carcer caret feneſtris & oſtijs. Quidam autem quia vulgus eum attrectat, conculcat, contaminat, & ſordidatum efficit, montem adijt, in quo laborare mineralium effodiendorum ergò audivit viros quatuor cum binis mulieribus. Et in his omnes ſuum quæſitum in ventre portare, ex aliorum relatis habuit. Credidit. Montem ingreſſus eſt. Primum laborantem & fodientem acerrimè conſpicit, fortiſſimum quendam & robuſtum hominem, militari & rubro veſtitu: quia à militia poſt finitum bellum ſuum redierat, nec aliunde panem quærere potuerat. Ille hominem peregrinum

con-

conſpicatus verbis duris ſciſcitatur; quem quærat, & cur ei animus adeò audax fuerit ea loca adeundi, ad quæ nemo ante ipſum appulerat. Peregrinus territus torvo & truci vultu, verbiſque nimis aſperis, leniter reſpondit: Audivi vir fortiſſime de viris quatuor & binis mulieribus in hoc monte laborantibus; & ex longo labore materiam Lapidis Philoſophici poſſidentibus. Ego verò amore Lapidis iſtius incenſus, non timui per ſaxa per undas huc magno labore & periculo advolare. An ſpem facies me ex aliquo veſtrûm nacturum? Rectè audiviſti, regeſſit primus, nos quatuor eſſe viros, binaſque fœminas: & habemus equidem quod quæris, omnes. Et tibi ejus copia fieri quidem poteſt, an verò futurum ſit, ambigo. Nam ab uno faciliùs impetraveris, quàm ab alio. A me certè non habebis, niſi acerrimè mecum, tanquam perito cum milite,
decer-

decertaveris, & vitâ me orbaveris. Nam quod quæris in capſula cordis mei geſto intimè. Inde nutrior ego, & omnes nos in hoc monte alij. Peregrinus adhæc: O vir fortiſſimè, durus es, & robuſtus: nolo jam tecum certare Troilus cum Achille, licet aliàs fortè poſſem ceu David cum Goliatho. Suadeo, inquit robuſtus ille laborator, ne me tangas; nec concubinam meam, vicinam, quæ & ipſa in pugnando acris eſt, & ſi ego leo, ipſa hercle leæna. Sed nec ſuaſor ſum, ſupremum noſtrum & Capitaneum aggrediaris cum ſua conjuge nam rex & regina ſunt; nimiâ pompâ affluunt & ſplendore: cave eos compelles; quamvis ſuperare poſſes. Verùm alios, ſi interiùs pergas, reperies, quos ſi ſuperaveris, voti compos eris. Pergit ergo peregrinus ulteriùs, donec tandem in virum incidit egregium, benè veſtitum, ſatis ſplendidum, quem compellat, ut priorem. Vir ille

ille negat ſe copiam daturum ejus rei unde ſibi vita & nutritio. nec ſibi tantùm ſed & regi & reginæ imminere interitum ex re quam quærit. Peregrinus oculos circumquaque volutat, num quis quod facere animatus erat animadverteret. Animatus autem erat ſtatim eum occidere, & ex ventre ejus demere quod tàm ſtrictè ſervârat. Et quia dixit regi & reginæ etiam imminere ex hac morte mortem, lætatur peregrinus, ſpemque concipit, ſe eos quoque interfecturum & ex ijs theſaurum, quem quærit, eruturum. Ubi ergo peregrinus neminem adeſſe conſpicit, virum hunc aggreditur, jugulumque petit. Vir ſplendidus parci ſibi petit, & revelaturum, ſi parcit, arcanum quoddam ſtipulatur. Deſiſtit ergo peregrinus, & rogat quid ſit. Reſpondit ille: Si pergas interiùs; ſenem repperies, qui plus ex theſauro quem quæris poſſidet, quàm ego. Eum facilè ſuperabis,

quia

quia ſenex eſt; & quia proximus regi noſtro & reginæ eſt tanquam Janitor & Claviger; eo ſuperato acceſſum habes ad regem & reginam interficiendum liberrimum. Abit itaque peregrinus & tandem ſenem offendit quendam ſitu pannisque ſqualidum, miſerrimum, abjectiſſimum omnium, ideoque triſtem & mœſtum. Hunc ſimili ſermone aggreditur Peregrinus. Senex verò infit: Vir optime qui hîc rem magnam, quamque principes & reges nunquam inveniunt, inquiris; apud me invenire quidem potes facilè, & me etiam in dimicando ſuperare, quia ſenex ſum & debilis, nec quæſitum meum in corde intimo porto, ut primus cum Concubina ſua, ſed in ventriculo: ut nutriatur inde ſemper meum & aliorum omnium corpus: Interim & vita mea demitur; ſi hoc mihi, quod quæris, aufers. At parce quæſo vitæ meæ, quia ſenex ſum, pauper & inglo-

glorius. Meliorem theſaurum apud vicinum meum reperire potueras, qui ſuperbus & ſplendidus, reginæque affinis noſtræ. Hunc ſi ſuperaſſes, pretioſiorem habuiſſes theſaurum, quàm apud me egenum. Nunquam enim ſplendida & optima apud pauperes invenies & inhonorabiles. Peregrinus miſeratus ſenis, quem facillimè conficere poterat; & cogitans ſe malle ſplendidiorem theſaurum ab alio vicino vi & armis rapere, ſi ſponte non daret, valedicit ſeni. Interim ſenex quia theſaurum ſatis pretioſum poſſidens, verbis peregrinum deluſit vitæ retinendæ cauſſâ, ſubriſit. Vidit hoc retroſpiciendo peregrinus. Et quid, rediens inclamat, me derides ſenex ſceleſte. Jam cognoſco te ſimulare paupertatem, & theſaurum copioſiorem, ut narravit alter, te poſſidere. Itaque ſume pœnas tui irriſus; & hac manu meâ occumbe. Atq; ita morti ſenem deſtinat.

Hactenus per parabolam loquuti sumus; sed sapienti hæc sunt clarissima. Quòd si clariùs quis rem exponi cupit; percurrat Librum nostrum totum, ubi sparsim locis varijs materiam hanc apertissimè & nomine tenus proposuimus. Hoc enim loco illud facere non licuit, ob homines improbos qui arte fortè abuti possent. Eruditus autem dum librum percurrit, aut saltem paucas paginas, eruditior hac parte evadet. Legat autem, perlegat, relegat, quæ diximus & dicenda sunt; nec desperet si primam faciem obscuritas obnubilat, nam tandem post nubila Phœbus. Sæpiùs perlegendo, intelliget.

Notum itaque ex præcedentibus sit, Unde petendus ☿. Nunc quomodo ex ventre corporeo nasciturus, enucleandum esset. Hunc modum ejusque varietates omnes insinuarunt Philosophi; omnes libri Chymici ad nauseam inculcarunt.

Unde

Vnde illud Philoſophorum: Fac Mercurium per ☿. Quæ cum notiora ſint multis, non opus eſt in hanc rem verba plura facere,

CAPUT QUARTUM. DE *Præparatione & Purificatione* ☿.

REcipe jam tuum ☿, & purga diligenter, colando per pannum lineum triplicatum mundum, aliquoties, donec purus inſtar aquæ limpidiſſimæ & criſtallinæ appareat. Repudiamus purgationes illas, per acetum, ſalem, urinam, calcem vivam, victriolum, aliaque corroſiva: quæ potiùs humiditatem ☿ i, deſtruunt, quàm exaltant; & ita diſpendij plus faciunt quàm compendij.

CAPUT QUINTUM DE

☾ & ☉, atque eorum Præparatione.

ALtera Lapidis Materia quæ fœmina appellata eſt ſequitur ☾, quæ à mineris petatur puriſſima, nullis uſibus trita, non nimium ignem experta, non alienis permiſta; ſitque facilè malleabilis; in ſumma, quæ in ſuo genere optima haberi poteſt: ſitque in bracteas ſeu laminas tenuiſſimas ducta; quamvis alij in calcem redigant. Atque idem de ☉ dictum puta: quod ſit colore ſaturato, quantum fieri poteſt, ductile & puriſſimum. Nam ut ſementem feceris, ita & metes.

CAP.

CAPUT SEXTUM. DE *OPERE IPSO.*

QUæ præcedere opus ipſum debent, priuſquam artifex ſe ad laborandum accingit, hucuſque inculcavimus. Aggrediemur nunc opus ipſum, quod nemo non exoptat avidiſſimè; & quod alij ſatis obſcurè docuêre, nos apertiùs in lucem producemus: neque poſthac in operatione difficilis erit verborum ſenſus. Hoc verò inprimis notandum venit, in operatione ad album vel rubrum diſtinctam adhibendam materiam; ſed operationem eſſe eandem. Itaque quod hîc de operatione ad album dicetur; de ea quoque, quæ ad rubrum tendit, intelligendum veniet.

Primùm autem de Materiæ putrefactione dicendum, quam deinde ſequitur reſuſcitatio & exaltatio. Neque hæc emergere poteſt, niſi il-

la præcesserit. Est etenim unius generatio alterius corruptio, & è contra. Semen in terram conjectum cujuscunque herbæ primùm temporis tractu putrefit, & formam suam amittit: quo facto, nova vis quæ antea latuit & se occuluit, accedente calore cœlesti se exserit; & terra semen continens rore pluviâque madefacta promotioni est, ut in aliud corpus præstantius & nobilius exsurgat putrefactum semen, fructum ferat & multiplicem sobolem. Hoc naturæ ingenium est, etiam in animalibus omnibus; nutriuntur primùm & augentur paullatim, tandem generationem meditantur justo tempore, suique justo accedente augmento. Quod si in hominibus, animalibus & plantis verum hoc est, uti reverâ nemo nisi sponte cæcus non videt, cur in mineralibus hoc idem non esset, saltem analogicè? Dices in animalibus ratio est diversa. Cum semen duorum ad omnem

mnem prolem requiratur; maris & fœminæ. Verùm Reſpondeo, quod in homine bina corpora continent ſemen, unum poſtea ſemen conſtituentia: id in mineralibus unum præſtat. Et quidni? An non etiam in plantis ſemen ab una procedit. Non enim ad producendum ſimile facit quidquam ſexus ille maſculinus vel fœmininus, qui plantis tribuitur, aut ob amorem mutuum, aut aliam ob proprietatem. Sed ne latiùs diſcurrendo inſtituti noſtri fines transgrediamur, ad opus noſtrum jam accedimus.

PARS PRIMA OPERIS.

Recipe, puriſsimi menſtrui mulieris meretricis partes 12. Corporis infimi optimè loti part. 1. Miſceantur optimè, donec tota materia amalgametur in phialâ ovali longi colli. Sed primò addantur corpori partes 2. vel 4. menſtrui,

ſtent ſimul per dies circiter quatuordecim, quo tempore corroſionis vis ſe exſerit. Expreſſio poſtea fiat, & menſtruum diſcedens ſervetur. Reſtanti corpori affunde novi menſtrui *part. j. vel ij.* Maneant ſimul per dies circiter 8. & poſtmodum procedatur ut priùs, donec corpus totum ſit abſumtum in aquam. Fiant hæc omnia ſemper in calore tepido, phialâ cineribus impoſitâ, & benè obturatâ turunda chartacea, ne fortè vitro aliquando nimis inclinato, materia exire queat.

PARS SECUNDA
Operis.

℞. Jam totam aquam vitæ, & inde phialæ eodem modo obturatæ ut antea, in iisdem cineribus, eodemque ignis gradu nempe primo. Quolibet octiduo, cuticulam nigram ſupernatantem, vel Caput Corvi, unâ cum

cum pulvere nigro ſubſidente, colli ge & ſerva, deſtillatâ priùs per inclinationem aquâ vitæ. Hanc aquam rurſum inde, & ita progredere, donec nihil ampliùs cuticulæ & nigredinis appareat.

PARS TERTIA.

CApub Corvi totum collectum inde ovo Philoſophico ſupra depicto, cineribus quernis impoſito, qui primo caloris gradu calefiunt per carbones cujuſcunq; generis benè uſtos & non fumigantes. Colli os hermeticè ſit occluſum. Medium, mediocri paſtâ; ut facilè ſemper aperiri queat. Primo octiduo plus minus; quia terra nigra & mortua adhuc ebria eſt, ita ſinatur ſine potu. Poſtea exſiccata & ſitibunda potetur aquâ vitæ, ejus nempe æquali parte, vitro aperto. Miſce benè. poſt claude. Et ita relinque, non quidem ad exſic-

cationem omnimodam; ſed donec totum ſimul in unum benè coagulatum eſt. Vitro rurſum aperto, eodem modo procede ut antea, donec totam aquam imbiberit.

PARS QUARTA.

HÆc materia jam imponatur ovo in gradu ignis ſecundo; & per menſes aliquot relinquatur, donec tandem ultimò in colorem album abeat. Interea verò diverſitas multorum colorum ſe conſpiciendam præbebit.

PARS QUINTA.

NUnc terra dealbata eſt, & in potentia proxima ad ſemen recipiendum ob fœcunditatem ex culturâ acquiſitam. Hanc accipe & ponderatam divide in partes tres; ut ſciatur quale pondus reliquorum ſit futurum. Nunc R. fermenti partem j. qualis una ex tribus pon-

ponderatis est. Menstrui mulieris meretricis partes 4. Fiat amalgama fermenti laminati ut supra, & menstrui, & fiat solutio in phiala in tepido calore per dies 14. donec in calcem subtilem corpus redigatur. Non enim hic Aqua vitæ quæritur. Jam R. menstruum cum calce corporis; & cum terræ dealbatæ partibus omnibus iij. fiat in marmore amalgama. Inde vitro. Rege ignem secundi gradus per mensem. Tandem accedat tertij gradus calor tam diu, donec benè dealbetur materia, futura instar massæ crassioris & durioris, instar pumicis, sed gravis. Et hactenus de operatione ad album. Ad rubrum diversa non est operatio, sed in fine diuturnior, ubi ignis tertij gradus urgendus diutiùs quàm ad album; sicuti rubrum nobilitate superat & præstantiâ album. Ita & domus magnifica cum exstruitur, diuturnioris eget temporis, quàm exilior casula.

PARS SEXTA.

DE

Præparatione Lapidis jam confecti ad Projectionem.

LApidem confectum habuêre multi non agnoſcentes, nec callentes modum, ipſum ad projectionem inſtruendi. Nihil enim Lapis ita confectus efficiet in Tranſmutatione, niſi aptus ſit factus ad ingreſſum corporum. Itaque omnibus ritè peractis, niſi hoc accedat complementum, fruſtra ſuſceptus eſt Labor. Quocirca lapidem tuum in fruſta contere, ovo impone, Cujus fundus totus usque ad collum luto bono obducatur undique, ut ignem fortem quaſi quarti gradus futuri ſuſtinere queat. Quamobrem jam fornacis Philoſophicæ ſecunda pars removenda; & ignis in prima parte vel majori fornace ſubtus dandus, ubi inſimul craticula, ut antea in ſecunda parte. Loco ci-

ne-

nerum arena ſumatur. Ignis urgeatur fortis carbonum, quousque arena adeò fervet, ut ſtrepitum ad immiſſionem guttæ aquæ edat, & colli prominentis fervorem tactus non ferat. Ita ſter, donec pulvis fiat ſubtilis & leviſſimus; quod ſpatio menſis vel ſeſquimenſis fieri ſolet.

PARS SEPTIMA & Ult.

De Augmentatione ſeu multiplicatione LAPIDIS.

LApidem acquiſitum in infinitum multiplicare potes; ne opus ſit ſępiùs tam prolixum laborem totius Lapidis repetere. Lapidis ergo jam parte quintâ operationis confecti, dimidiam partē accipe ad uſum & projectionis præparationem, dimidiamque ſerva ad multiplicationē. Hoc dimidium pondera. Et ſi hujus ſunt tres partes, accipe aquæ vitæ (non menſtru)

ſtrui) partem unam, ut partes fiant 4. pone in ovo ad ignem ſecundi gradus per menſem, poſtea ad ignem tertij gradus, usque ad finem, quemadmodum in quinta operationis parte docuimus.

Atque ita Artificium hoc rariſſimum, raroq; ab alijs rectè traditum, utplurimum certè præpoſterè & inverſè, aut mutilè atque imperfectè expoſitum; nos apertè ſatis & ordinatè explicuimus. Quam ſi quis viam inſiſtat, relictis aliorum impoſtorum nugis & nænijs; non eſt quod de intento obtinendo deſperare incipiat. Si quis hæc noſtra ſatis non intelligat; ſemel atque iterum adhuc relegat; & dubium non eſt quin intellectus ſequatur. Etenim uno loco quod obſcuriùs dictum, alio loco apertiſsimè expoſitum. Quibus fruere Lector amice, & laboribus noſtris fave.

PHILIP.



PHILIP. MULLERI FRIBURG. PHIL. ET MEDIC. D.

LIBER II.

DE PARTICULARIBUS TRANSMUTATIONIBUS.

VNIVERSALI VIA ſtratâ, quam tutò quivis inſiſtere poterit; particulares etiam alias dabimus, quibus utantur, qui impenſis, tempori, & labori parcunt. Non autem exiſtimandum, particularem talem viam vel qui per eam fit theſaurum in medicinâ uſum ullum habere poſſe, quemadmodum qui ſuperiori libro deſcribitur & conſit, incredibilem

in ſanando humano corpore obtinet utilitatem. Etenim ☿ vulgaris ille & leproſus in ſe ſummam venenoſitatem continet, quæ non exuitur, quando illi hermaphroditum fœminæ applicant; ut mirum ſit nonnullos eò audaciæ & temeritatis concedere, ut Ejuſmodi tantaquam ſumma arcana & myſteria alijs divendere, & magnitum ſibi inde favorem conciliare non erubeſcant: quæ ipſi tamen non proprio ingenio ſed pretio ſummo redemerunt. Neque deerit in me voluntas & facultas demonſtrandi hoc ipſum, quod ex hermaphrodito vulgari conſit, venenum in ſe ſuum adhuc fovere & conſervare, adeoque inutiliſſimum ad artem medicatricem omninò habendum Nihil enim in eorum operatione de veneno ejus tollitur; uti notum eſt ijs, qui viam modumque operationis eorum non ignorant: & ſi tolleretur, fruſtra in auxilium poſtea & lucrum

eum

eum advocarent. In Philoſophorum autem Mercurio, qui duplatus rectè à Bernhardo Com. Trevis. dicitur; quia corpore abjecto unus poſtea alteri jungitur, & quaſi alexipharmacum veneno reſiſtit; vel ſi mavis, ſimile ſimili jungitur, & unitas inde conſtituitur amica; ut venenum jam non teneat, ſed vis medens, utique medicina erit optima & ſaluberrima; ſicut hac de re nemo Philoſophorum ſaniorum dubitat. Obſervationem autem meretur, Tincturas particulares omnes, quæ non fucatæ ſed veræ eſſe debent, affines eſſe debere univerſali in opere, & ex eodem fundamento fluere. Quæ ſecus progrediuntur ceu falſitatis crimine notatæ, repudientur.

MODUS PRIMUS.

R. Aceti albi noſtri, partes 8. vel 10. Salis finiſſimi, matris noſtræ an. partem i. Duo poſtrema redi-

gantur in calcem per viam Philoſophicam, aut cui placet per *Aq. fort.* aut alium modum. Calx tota cum *Acet.* albo amalgametur: ſtent per 21. dies in calore lento. Acetum effundatur à materia; & materia in ſecundum ignis gradum promoveatur, donec circumcirca appareat nigredo, nec acetum extrinſecus ampliùs appareat. Quod intra menſem circiter futurum. Jam ovum Philoſophicum ſeu vitrum aperiatur, materia coagulata ſubtiliter eximatur, nigredo removeatur & ſervetur probè ad uſum. Coagulata imbibatur tertia parte aceti ſupradicti deſtillati; & denuò ſuper marmore miſceantur in amalgama; & rurſum ſecundo gradu caloris adhibeantur ovo occluſo, per menſem. Rurſum nigredo circumcirca, & ſub & ſupra apparens, ut ante, ſervetur. coagulatum uſurpa ut ante; ſecundam partem aceti adjunge ſecunda vice; idque tertiò repete, donec ita ter-

tertiam etiam & ult. part. aceti devoraverit, & rursum per mensem steterit. His factis materiam tuam exime, & tere super marmore, atq; in ignem 3 gradus pone per dies 14. Rursum tere, deinde iterum per 14. dies vitrum occlusum in calore illo ponatur; & coagulabitur materia in modum pisorum. Nota a. si diu materia relinquatur, nec per vices teratur, indurari eam adeò, ut summo cum labore teri postea possit. Quibus peractis tere iterum materiam, & quartum ignis gradum adhibe, donec in pulverem redigatur, & quoties coagulatio aliqua incipit iterum tere, donec in fundo pulvis subsideat cinereus. Hunc pulverem exemtum misce cum priori nigro ad partem servato, atque 4. ignis gradui admove octidui spatio. Deinde R. viginti partes ☿ vivi crudi, quæ cum duabus partibus matris imprægnatæ sunt, & tincturæ huius part. j. Vitro impone iterum per mensem in gradu caloris quarto, & in omni probatione constans futurum est.

MODVS

MODUS SECUNDUS magis vulgaris.

Fiat *Aq fort.* ex. *vitriol.* □ communi, & *salpet.* an *part. æq.* ad album, ad rubrum verò adde salis Ammon. partem ss. In hac aqua solvatur pars una summi vegetabilis; calcem edulcora, ut scis; cui partes sex lactis vaccarum viridium adde. Misce optimè invicem super lapide in amalgama, ut unum præ altero non appareat. Lac autem priùs purum sit & niveum, summumque vegetabile benè lotum. Pone in phiala ovali in cineribus lento calore tepentibus constituta usque ad initium colli per sesquimensem. Colli orificium occlusum sit turundâ chartaceâ Jam admove secundo caloris gradui, tempore ut antea, In tertio gradu ignis etiam æquali tempore. Hic apparebit jucundum spectaculum exsurgentium quasi montium, arborum &c. modò in fine

fine ſecundi gradus; modò in medio tertij. Stent ita, donec omnia ſurſum conquieſcant & concidant. Jam fige in quarto ignis gradu 3. vel 4. hebdomadarum decurſu, prout materiæ copia indicaverit, Funde. Et habebis theſaurum quæſitum. Ejuſcemodi autem phialarum magnum numerum pro copiâ materiæ tuæ, arenæ immittere potes puriſſimæ & cribratæ; atque uno calore multas fovere.


MODVS TERTIVS.

QVia multos tœdet laboris & temporis in alijs modis varijs inſumendi: modum dabo quo ſpatio trimeſtri ad optatum pervenire quis poſſit. Non enim fides adhibenda ijs, qui magnis pollicitationibus novem vel decem dierum ſpatio ſe talia conficere prædicant: cùm in metallis, imperfectio adhuc illa talis, quæ tempus perficiendi omninò requirit.

Recipe

Recipe ergò aëreæ terræ benè lotæ part. j. Ignis aquosi part. iij. Matris nostræ part. dimidiam. Calcinanda calcineatur per *Aq. fort.* vel alio quovis modo. Edulcora ut supra. Misce super marmore omnia simul. Inter miscendum nigredo apparebit aliqua, ceu signum mixtionis probæ. Materiam hanc totam transfer in phialam ovalem supra depictam, ut ima pars vel una sit repleta; duæ verò partes vacuæ. Detur ignis primo mense primi gradus, secundo secundi, tertio tertij. Quartus gradus fixationis est aliquot septimanarum. Signum fixationis est color cinereus pulveris circumcirca materiam qui conspicitur. Materiam jam coagulatam funde, & habebis. Hic uti & supra in tertio gradu ascensiones montium &c. conspiciendas se præbent, & mira naturæ miracula patefaciunt. In hoc opere idonea erit sequens fornax.

a. *For-*



a. *Fornax, carbonum receptaculum.*

b. *Orificium, per quod imponuntur carbones, qui primò igniuntur.*

c. *Craticula.*

d. *Locus cinerum.*

e. *Foramen maximum, per quod egreditur calor in cellam vicinam.*

f. Fora-

f. *Foramen alterum, per quod ulterius calor in aliam vicinam cellam progreditur.*

g. *Eodem modo.*

l. *Calor primi gradus.*

m. *Calor secundi gradus.*

n. *Calor tertij gradus.*

h.i k. *Interstitia vel cellæ calore plenæ.*

1.2.3. *Locus arenâ plenus, vitrorum receptaculum.*



PHILIP.



PHILIP. MULLERI FRIBURG. PHIL. ET MEDIC: D.

LIBER III.

DE Præparationibus rarioribus ex Mineralibus præcipuis.

☿. ♁. *Vitriol. Tart. Arsen.*

NOn jam contra eos quicquam mutire animati sumus; qui spernunt penitus, mineralibus quæ desumuntur medicamenta omnia, tanquam cum humana natura convenientiam nullam habentia. Eos verò ad vetustissimos quosque auctores remittimus, qui mineralia in varijs morbis &

ſatis quidem cruda uſurparunt; ne
ſine ſucceſſu. Nos verò majorem ſp
rabimus ex rectè & legitimè præpa
ratis: quem etiam abundè hactenu
infinitæ experientiæ comprobarun
Imo ubi ex Plantis remedia ceu m
tiora parum conferunt, ad hujus ge
neris medicamenta, tanquam ad ſ
cram anchoram confugimus. De
nant ergo objicere mineralium d
ſconvenientiam cum humano co
pore, & ſua præ omnibus alijs ex pla
tis remedia extollere. Quid eni
cum corpore humano magis conv
nit, quàm ipſum corpus humanum
ex cujus varijs partibus nobiliſſi
ſcimus conficere medicamenta. I
terim, quàm rarò, timidè & tre
dè ijs nonnulli hodie utantur m
dici, nemini ignotum eſſe pote
Deinde ex animalibus quæ ſumu
tur medicinæ, utique propior
ſunt naturæ humanæ quàm
plantis depromptæ. His licet qu
de

dem utantur, interim non adeò, ut ex plantis. Ratum ergo ſit hoc: Dediſſe nobis DEUM medicamenta ex omni viventium genere, ex homine ipſo, animalibus brutis, plantis, & mineralibus atq; metallis: quæ ego quidem vivere exiſtimo, Nunc ad rem propoſitam ſermonem dirigemus.



CAPUT PRIMUM.
DE
Præparationibus ex ☿.

I.

Præpar. ☿.

℞. ☿ meteorisati ℥ vj *Aquæ opt. purg. prop* ℥ iiij ß. Misce in mortario, donec tota aqua à terra absumatur. Fiat sublimatio in matracio longioris colli, △ tertij ordinis. abjectâ semper restante in fundo materiâ, quoties reiteratur sublimatio. Ultimò redige in alcool & serva ad usum. Hanc præparationem Quercetanus Aquilam albam vocat: cujus usus insignis est in varijs morbis, ut lepra incipiente, lue ♀, vermibus infantum, hydrope, podagra, &c. Dosis est à granis 12. ad 20. cum pilulis cochijs minoribus, aggregativis vel alijs. Et tum ejusmodi pilulas Quercetani vocant. Hoc arcanum ob magnum & insignem usum, quem

præ-

præstare potest humano generi, reticere noluimus. Alij sublimatum dulce vocant. Clarissimus & insignis chymicus D. Johan. Fridericus Echsius, Medicus Rheinfeldensis, Mercurium dulcem vocat. Alij Aquilam cœlestem.

II.

R. ex ☿ meteorisato, & magnesia saturnina. Tere, misce & in retortam pone. Igne per gradus aucto liquor gummosus stillabit, quem affunde cinnabari ex ☿ & ♄, sublimandæ. Destilla phlegma & reaffunde aliquot vicibus. Siccitatem capitis mortui tere & solve in cella in oleum; quod abluendum. Affusâ aquâ communi, fiat dimidiæ partis ex hac destillatio, remanente essentiâ ☿ & ♄. Effunde in aliam cucurbitam. Fæcibus affusam aquam destil. abstrahe, ad acredinis perditionem. Fæcibus abjectis solutiones tinctas coagula, iterum tere, tincturam extrahe, solve, filtra, coagula

aliquoties. Hic verus est Mercurius vitæ adeò decantatus ob inenarrabiles virtutes. Agonizanti dantur grana 5. vel 6. in aq. rectif. opt. In apoplexia grana 6. vel 8. Datur post mediam noctem in omnibus ferè morbis, ut in podagra, hydropisi, icteritia, &c. item in febre pestilentiali. Hujus felicissimus successus sæpè experientiâ comprobatus est. In hoc arcano solvitur auri totum corpus; Unde curatur lepra perfectissimè.

III.

Turbith minerale sine vomitu.

R. Vitriol. rubificati, quod incorporabis paulatim cum j. lb. ☿ vivi sublimabisque in matracio igne sublimationis. Tunc R. ☿ 🜐 & incorpora cum alum. usto, & rursum sublima. Tertiò misce cum cray de brianza, uti vocant; sublima iterum. Quartò cum limatura ferri

Ultimò cum □ communi & habebis ſublimatum: quod poteſt capi usque ad ℨj. & priùs dulcificabis cum opt. aq vitæ, ad eminentiam trium digitorum. Accende, exſicca & utere.

IV.

Pulvis albus, optimus.

℞. Sublimati ☿ part. ij. reguli ♁. part. j. præparentur & pulveriſentur ſeorſim. Commiſce in mortario vitreo cum aqua vitæ; & pone in retorta vitrea parva, quæ intret in aliam, lento igni exibit oleum quoddam nigrum, quod deſtillabitur rurſus per retortam, & quæ ſerviet recipiendo, plenâ ſit ad medium aqua, ita ut retorta, ubi eſt oleum, extremitate tangat, aquam recipientis. Perfectâ deſtillatione ſine quieſcere aquam, & invenies pulverem album, quem lavabis aquis cordialibus. Detur ad ſeptem vel octo gr.

V.

Balsamus ☿.

REdigetur in pulverem rubrum & dulcem; si primò coaguletur per aquam destillatam ex albuminibus ovorum coct. in duritiem. Deinde super infundatur sæpius aqua ex albuminibus ovorum, quæ deinceps destillata fuerit cum putaminibus ovorum calcinatis, eam educendo per destillationem qualibet vice △ cinerum. Deinde affundendo toties, donec ☿ sit conversus in pulverem rubrum & dulcem. Paracelsus appellat illum pulverem, balsamum ☿, qui habet talem dulcedinem. Non solùm curat vulnera & ulcera externa in cute; sed etiam colli vesicæ ulcera, etiamsi talia sint, ut æstimentur incurabilia.



CAP.

CAPUT SECUNDUM.

DE

Præparationibus *ex ♁.*

I.

Præp ♁ij, optima.

R lamin. ♂ pur. ℥ *viij*. pone in †. ad follem igniarium, quando ♂. candeſcit, adde ♁. ℥ *xvj*. Fluant calore intenſiſſimo, poſtea inijcias *Saliſp*. defæcati puri ℥ *iiij*. perſeveret calor donec univerſa materia inſtar olei fluat, & tunc habebis pyramidalem ſcyphum interiùs cerâ perunctum; benè incaleſcentem. Ex † effundatur fluens ad follem materia; quam refrigeratam effundes, ſcoriaſque ſuperiores decuties, & habebis Regulum, quem poſtea contere cum ℥ *iij*. recentis ♁, in novo †. fundes & ℥ *iij*. *Salp*. ut priùs feciſti impones, dum omnia ut ▽ fluant

in dictum scyphum effundas, scoria luteas colligas. Repete hanc operationem toties; donec Regulus in scorias consumtus fit. Serva. Stupend praſtat in omnibus evacuatione in digentibus.

II.

Oleum ♄ dulce, pro Medicina humana, secretum secretorum.

R. ♄ *pulver.* lb ij.
Salis popularis lb iij.

Tere super lapide præparatorio Funde. Effunde. Rursum pulveri sa subtilissime. Edulcora □ aqu calidâ; hunc laborem ter repetendo Deinde sicca ♄, pulverisa rursus & sublima per se in sublimatorio flo rum *Sulph.* simplicium, tum super flui spiritus □ & *Sulph.* superiu discedent. Remanentia in fund affunde *Acet.* & extrahe colorem quam diu tingitur *Acet.* Distilla pe filtrum & menstruum abstrahe in

B. M. donec in fundo appareat olei instar. Exime ex cucurbita, & phialæ inde, affundeq; S.V. opt. circulat. Alembicum S. H. muni optimè. Per mensem in B M digere. Deinde ulterius destilla. Ultimò per retortam. Et prodibit primò spiritus. Deinde verò oleum ♄ verum, quod rubrum & dulce, paucis cognitum.

Hoc mecum communicavit Clariss. & excellentiss. vir, Dn. D. Caspar. Bartholinus Danus, Philosophus & Medicus celeberrimus, amicus meus perpetuùm honorandus: uti & sequentia duo; quorum unum, ad ulcera, alterum ad vulnera quævis mirè confert.

III.

Oleum ♄ ad externa.

℞. ♄ ℥ iiij. ☿ ♎ ℥ j. ß. Mellis opt. ℥ vj. Misc. ut artis est. Destilla per retortam vitream △ mediocri. Exibit oleum, ad callosa & maligna ulcera, fistulas & cancrum, præstantissimum.

IV.

Ol. ♁ mirabile ad vulnera.

R. *Aq. vit. extremè rectif. ℥ iij.*
Stibij
Masticis
Thuris albi
Myrrhæ an. ℥ j.

Pulverisſ. omnia & Aq. vit. affund. ponanturque ad digeſtionem probè obturata. Deſtillentur in cinere per alembicum ut artis eſt. Primò aſcendit S.V. lento igne, & fœtet. Amiſſo fœtore, gratiorem odorem nanciſcitur. Hoc oleum vulnera difficilis curationis perſanat.



CAP-

CAPUT TERTIUM.

DE

Præparat. ex vitriol.

I. Spiritus vitriol. verus.

R. *Vitriol.* pone in cucurbita terrea, impone capitellum ſubdito igne auctoque ſecundum leges, usque totus vapor formam liquoris habeat. Cum videbis non amplius deſtillare, auge ita validè ignem, usque vapores albi exeant. Continua dum nulli appareant. Sic *vitriol.* erit perfectiſſimè calcinatum, & ſpiritum in phlegmate habebis ita. Deſtilla in cucurbita, in B.M. vel igne cinerum, dum totum phlegma exierit. Spiritus relinquetur in fundo. Materia calcinata ponatur in retorta, deſtilla more ſolito & habebis oleum & ſpiritum. Spiritus verò antea in fundo relictus, ut ſine

fœtore

fœtore & odoratissimus habeatur. ita age: R. de colcothare, quod imbue spiritu, & stet ita nonnihil. Postea spiritum cum eo evoca cum lentissimo calore. Sic erit odoratissimus.

II.

Oleum Vitriol. *probatissimum & secretissimum.*

R. Vitriol. Ungarici colore cæruleo, in calcem redige cum lapidibus silicis præparati. In spiritum V.V circulatum affundes, ita ut modicè excedat. Tunc ∇ ardentem per destillationem in retorta aut cucurbita ad latus inclinata separato. Eâ detractâ paullatim spiritus urgeto, ignem magis magisq; augendo, donec spiritus omnes transierint. Hunc liquorem destillatũ impone in alembicum cæcum, & macera in B. M per dies 8 Da operam ut aqua leviter bulliat, & sola aquositas ascendat, oleumque in fundo maneat. Ad quod efficiendum

& se

& separandum, triduo tibi opus erit. At si adhuc quidquam aquositatis fuerit permistum, necesse est ut iterum phlegma separetur. Tunc accipies oleum suavissimum & rubicundissimum. Hic processus destillandi oleum Vitriol, est omnium probatissimus & secretissimus.

CAPUT QUARTUM.

I. *Spiritus* Tart. *nec non oleum*.

℞. *Tart.* albi crudi q v. tere crassiusculè, ablue, sicca, tere minutissimè, pone in retortâ optimo luto obtectâ, & destilletur ut sp. *Vitr.* dato aliquot horas igne lento, augendo sensim, dum spiritus exeat, sub forma vaporis; quo obscuratur recipiens. Auge ignem, exibit oleum nigrum & fœtidum. Continua dum recipiens clarescat, tunc desine. Has tres substantias, nempè phlegma primo exiēs sub formâ aquę stillantis, deinde spiritus sub formâ vaporis, & oleum nigrū & crassum separabis: si primò omnia simul

in parva retorta posita destillaveris, ut magna impuritas relinquatur, Deinde oleum per infundibulum separa a phlegmate & spiritu: Spiritum à phlegmate separabis, si posueris in curcubitula parva & igne lento cinerum tota aqua phlegmatica evaporaverit. Spiritum hunc liberabis fœtoris, si affuderis capiti mortuo restanti & cum parva retorta ipsum rursum à colcothare elicueris. Sic fiet puriss. & sine fœtore. Si prima vicè non fiet, iterà. Vsus ad interna omnia, ut obstructiones, putrefactiones viscerum, ad calc. aren. &c. mirè resolvit &c Extrinsecus ad ulcera valet.

II.

Tart. album vitriolatum calcinatum.

R. *tart.* calcinati, solve in humido. filtra. exsicca. ter repete. R. lb j. pone in lutata cucurbitula. Affunde

de oleum *vitriol.* rectif. ℥ jv. vel v. ſed ſenſim, guttam poſt guttam. aliàs accenſum rumpit vas. Sic coagulatur materia quæ colore albo fundum ſtatim petit. Oleum autem hoc *vitrioli* ſupernatans effunde à materia quæ in fundo. humiditatem deſtilla in *B. M.* ſic habes fixum *tart.* Purgat infernè & per ſudorem. Valet ad pertinaces affectus, hydropem, calculum, podagram, peſtem, ſcorbutum. Per inferna purgat, miſtum cum melle roſac. aut alio ſyrupo. Ad ſudores, in peſtilentia & hydrope, cum aqua card. bened. Scab. vel cum thenaca ſ. pilul. Doſis à ℈ ſs. ad j.

III.

Alia nobilis tart. *præparatio ad fugandas maculas in corporis quacunque parte.*

Tart. album pulveriſatum pone in cucurbitam, appoſito alembi-

co

eo cum recipiente. Benè lutetur. Abstrahe phlegma, donec non ampliù prodeat. Hoc affunde, & rursum abstrahe ut priùs. Hoc toties repete donec ♒ & residentia transeant in unum liquorem, quem in vitro alio benè obturato coagula. Iste liquor in aêre solvitur, & optimus est atque dulcissimus.

IV.

Terra foliata Tart. *secretissima*.

R. *Tart.* benè calcinati, affunde *Acet.* ad extrahendam animam *Tart.* Evaporet phlegma, rursusque affundatur aliud *Acet.* idque tamdiu donec in Evaporatione acetum sentias, tunc *Tart.* est animatus & erit niger. Affunde aquam vitæ; solve, filtra, coagula; sæpius reiterato, & efficietur terra foliata candidissima. Purgat corpus in morbis quibuscunque deploratissimis.

V. *Ar*-

V.

Arcanum Tartari, ad ulcera maligna omnia.

R. *tartari* calcinati, lb *iij*. Cum spiritu vini humecta dies 7. Digere in B. destilla ut aq inferorum. Vltimò fortiss. in vase terreo, & ascendat unà cùm vino succus niger, quem separa in *B* Fæces iterum calcinentur, & humectentur cum *S. V.* & procedatur ut supra; idq; toties donec planè nihil ex *tart.* supersit. Postremò collecti succi nigri omnes coagulentur in pulverem, humectando cum ol. *vitriol. & s.v.* ex calc. *tart.* penitus abstrahatur. Hujus medicinæ *gr. j.* cum ℥ *ß.* mithridat. in aq. Cichorij pro ratione morbi & patientis, funditùs evellis radicem & ortum omnium malignorum ulcerum.

CAPUT

CAPUT V.

DE
Præparationibus ex Arsen.

I.

Præparatio Arsenici ad ulcera cancrosa, schirrosa, maligna, hypersarcomata &c.

℞. Arsenici Cristallini lb *j*. tartari opt. ℥ *iij*. sal.-nitri, lb *j*. seorsim pulverisata misceantur. Ignescat † amplum vehementissimè, eique candenti inijciatur pulvis per cochlearia aliquantulum tegendo cochleari; ilicò cum magno fumo liquescit. Relinque donec ferè amplius non fumet. Tum proijciatur in mortarium marmoreum, vel aliud: Sinaturque ut refrigescat. Habebitur massa ruffa quæ misceatur, teraturque cum pari pondere salis ni-

ri, fiatque ut supra in eodem vel novo †. Subdatur ignis per 6. horas; materia erit albissima, quæ ubi refrixerit; aquæ calidæ inijcienda, ad separandum *salempetra* & *tartari*, in fundo remanebit Arsenicum fixum correctum, & ab omni veneno liberatum. Reiteretur sæpiùs ablutio in magnâ aquæ copiâ, in quam ilicò proijciatur materia fusa. Aqua cum salibus servari debet ad ablutionem, vel exhalatione sal separari ad usum.

II.

Alia Præparatio ad Cancrum.

℞. *Arsenici præparati,*
Rad. Aronis, præpar. an. p. æ.
Fuliginis parum. *Misce.* Remedium certiss. est.

Arsenicum autem sic præparatur: Primò in vase sublimationis sublimatur, deinde coquitur per duas horas in aceto albo opt. Sic enim nigredo

gredo tollitur: & levis quædam farina corrosiva. Deinde iterum sublima cum squamâ æris, quâ pars terrestrior venenosa retinetur, tandem bis autter in sale communi præparato sublima; sublimatum in aq. calida edulcora perfectè. Hujus Arsenici dari possunt securè etiam internè ad 8. gr. Mirè omnia venenosa expurgat. Rad. Aronis præparationem docet Quercetanus.

III.

Butyrum Arsenici.

R. Sublim. Arsen. Cristal. cum lacerta rubra seu colcothare, ut venenositas extrahatur; tum adde salis petræ & salis tartari an. Inter duo crucibula ponantur oblutata cum spiraculo fixentur validiss. igne per 24. horas invenies omnia in massam albam perlarum instar redacta. Extrahatur alcali per aquam calidam pulvis in fundo re-

ma-

manens ſiccetur; mox ol. Tart. imbibatur ad tres vices in vaſe & aqua convenient. Denique diſſolve materiam in aq vit. ut extrahatur totum Sal. Tandem reſtabit Arſenici pulvis albus & fixus, qui reſolvetur in humido in ol. ſpiſſum & Arſenici butirum dictum. Summum eſt medicamen.





PHILIP. MULLERI FRIBURG. PHIL. ET MEDIC. D.

LIBER IV.

DE *Modis ſecretioribus, faciendi ex ſimplicibus vegetab. Extracta, Aquas deſtillatas, balſamos, eſſentias & ſales Philoſophicos &c.*

EX mineralibus hucuſque quæ fiunt tum ad Transmutationem, tum ad medicinam edocuimus, non quidem omnia ſed præcipua: quod ſi toto hoc opere noſtro obſervare voluimus,

ius, ut nihil ederemus, niſi quod aut
rum valdè, ut ſummè utile, aut ar-
num, typiſque antea non divulga-
um. Quæ rara ſunt, hactenus dedi-
ius: ſummè utilia, & maximam par-
m non ante edita. Nunc quæ uti-
tatem inſignem habent in Medici-
à ex ſimplicibus vegetabilibus de-
mmenda, non invidebimus alijs: ne-
ue ea tacebimus quæ ceu arcana
mper hactenus domi ſervata fue-
nt. Atque initio modum docebi-
ius ex quovis ſimplici, exempli gra-
â radice, ligno, herba, ſemine,
uctu, flore, &c. extractum facien-
di; quod quàm ſit utile & Medico
cuivis & ægro, nemo eſt qui
non videt.



CAPUT PRIMUM.

DE

Modo faciendi ex quovis simplici EXTRACTUM.

PRæter instrumenta, ma-
teriam duplicem in promp-
habeas: Prima, est simplex illu-
cujus extractum quæris. Secunda,
Menstruum, quo virtutem simp-
cis istius electurus es. In hoc e-
gendo varij variè peccant: quæ
mnia recensere & refellere, hom-
nis esset otio abundantis. Hoc
men quod plerique in more positu-
habent, ceu erroneum aperire op-
tet; dum spiritum vini commu-
ter ad quævis & indiscriminatim
tuntur. Quâ in re ideo peccatu-
Primùm, si subtiliores sunt simp-
cos res istę, unde extractio faciend-

ut-

tiquæ confertim nimis ſubtilior
ars in ſ. y. effunditur. Deinde
uod maximum eſt, cum ſummè ca-
dus ſit, alienâ qualitate rem im-
uit, & tartareo ſpiritu inficit. De-
ıde non ubique gentium adeò in-
opia eſt ſ. v. aut ſi eſt, certè rarò bo-
us; magno item pretio redimen-
us. Quamobrem conducit tale
ligere menſtruum, quod & faci-
è ubique gentium abſque pretio
aberi poteſt & ob temperatam qua-
itatem, atque ſimplicibus illis non
epugnantem (quippe quâ in ter-
a creſcentia irrigentur) ſit con-
eniens. Tale menſtruum eſt A-
ua, præſertim pluvialis: quæ ſi
leſtilletur & rectificetur, munus
bibit quàm optimè. Cui ſuppetit
nenſtruum proprium, vel ros ma-
alis deſtillatus, menſtruum habue-
it melius. Sed hæc rarò habentur.
Aqua ergò pluvialis, vel communis,
leſtillata adſit ſemper in copia. Et
quod nos nunc de floribus dice-

mus intelligendum quoque de al
vegetantis partibus, hoc servato d
crimine; Quod flores, herbæ, &
juscemodi, quæ materiam per se h
bent tenuem, & crassitiei ac durit
expertem, non opus habeant cont
sione, alijs ve contritionibus; sec
quam in radicibus, lignis, seminib
&c. usu venit.

Quamobrem Recipe verbi gr
tiâ, rubros rosarum flores cœlo
reno collectos (ne madorem h
beant extraneum) ad partem.
Menstrui (hic præstat proprium
partes 6. Inde cucurbitæ infra d
pictæ, ita ut fundus ejus non ni
ad dimidium impleatur; ne int
bulliendum superabundet in aler
bicum materia. Cucurbita cum
lembico cœco benè claudatur pa
ex aquâ & farinâ factâ, chartâq
superinductâ. Pone in arena, &
gne primùm lento, deinde paull
tim aucto usque ferè ad gradum te
tium, bulliet materia in cucurbit

P

er diem artificialem. Exime. Tin-
um menſtruum effunde & ſerva
ı vitro probè obturato, nè quid ex-
iret. Novi menſtrui affunde jam
artes iij. Clauſa cucurbita, ut an-
a, in arenâ deſtituatur horis 6.
urſum exime, & effuſum men-
ruum tinctum ſerva. Hoc fac,
onec nulla tinctura amplius men-
ruo communicetur. Totum men-
ruum per partes ante collectum
ucurbitæ indatur cum alembico
oſtrato, adjuncto recipiente. Quan-
o benè clauſæ ſunt juncturæ o-
nnes; pone in B. M. tepido, non
erò calente ad bullitionem, ſpiri-
um primò egredi ſolitum excipe;
c amoto recipiente, benequе clauſo,
t ſervetur ſpiritus integer, aliud ad-
nove, quod ſpiritum debiliorem ex-
ipiet; idque removendum, donec
hlegma fluere incipiat. Cognoſces
utem ſpiritum tum ex odore fra-
rantiſsimo; tum ex facilitate flu-
us. Phlegma enim tardius exit.

Hoc veniente, augeatur ignis, ut bu-
liat Balneum. Ita relinque in
donec materia in fundo cucurb
tæ ad spissitudinem mellis perv
niat. Auferatur jam alembicus r
stratus, & affuso in materiam cr
sam spiritu primò collecto; supe
ponatur cæcus. Pone in digestion
in B. M. modicè calente & leniter
bulliente, usque ad justam mate
consistentiam tibi placentem. I
hac benè servatâ ponatur parum i
vino, & rubicundissimum evadet.
Ita progredere in extractione
minum, fructuum, lignorum,
dicum, &c. Exceptâ contrition
& contusione prævià. In radi
bus autem violenter purgantibu
aut aliàs violenter operantibus, u
Helleboro utroque, radice tithim
li, Aronis, &c. præcedere ante
mnia debet maceratio in aqua te
da, ita ut quotidie nova aqua affu
datur tepida, usque ad triduum
ita correctæ erunt. In alijs e
eich

choreo, ubi minus vitium reperitur, t hîc amaritudo aliqua, sufficit no- te unicâ macerationem fieri.

Figurarum explicatio.



.b. *Cucurbita.*
. *Fundus.*
. *Collum.*
.*Orificium.*
.*Fundus alembici cæci.*
. *Orificium ejusdem.*
l. *Circulus vitreus prominens, & prohibens ulteriorem ingressum, in cucurbitam.*

Figur. II. idem quod ante.

CAPUT SECUNDUM.

DE

Modo faciendi AQUAS DESTILLATAS ex simplicibus, retentis eorum colore, odore & sapore.

ACcipe herbam quamcunque (florem etiam, lignum, &c. vel quamvis vegetabilis partem) contunde, & triplum menstrui proprij vel alteriu dicti affunde: pone in olla, cui a lia superimposita olla; vel quo meliùs, in cucurbita cum alembic cœco, clausis omnibus, in cineribu bulliant ad consumtionem mediæ ut paullo crassior evadat materia quod tamen tardiùs fit; sed eò me liùs. Matetiam postea exime, ex primeque. Expressam inde cucurbitæ angusti colli, cum alembic haber

habente fundum intrò assurgentem, ut in subjectis figuris delineatur. Clausis juncturis, & impletâ cucurbitâ non ultra medium, pone in cinere vel arena, procedendo semper à lentiori calore ad auctiorem, donec bulliant. Jam apparebit materia per halitus ascendere, & rursum roris modo descendere. Interea murmura & strepitus aliquando audientur; quod nonnunquam contingit dato egressu halitibus. Artifex ergo probè obturet juncturas, nè quid exhalet. Descensus ille & ascensus vaporum durabit tamdiu donec in apice assurgentis fundi videris decidere guttas coloratas, secùs quàm ante. Tunc enim signo erit spiritus unitatem factam cum corpore terreo, ut unà ita ascendant. His factis refrigeretur materia, aliquandiu. Postea apertâ cucurbitâ materia eximatur, indaturque cucurbitæ brevioris colli cum alembico rostrato.

Destilla in arena forti igne ad sic tatem, donec totam aquam in reci ente habueris.

Explicatio figurarum.

Fig. I.





a. *Fundus curbitæ.*

b. *Collum.*

g. *Orificium*

c. *Alembicu*

d. *Cavitas terna.*

e. *Apex fu internu*

f. *Orificium lembici.*


Fig. II. ut pra.

Alius modus facilior, sed igno lior, colore & odore saltem servatis.

Qui præcedentes labores ob te poris aliquam diuturnitatem su terfugit: sequentem usurpet, que

dal

abimus modum; qui citiſſimè, nem-
e ſpacio aliquot horarum procedit;
ıbi etiam color habetur, odor, & nō-
nihil ſaporis. R, ergo herbam, vel flo-
rem quemvis contuſum, inde cucur-
bitæ in B. M. repoſitæ, cum alemb. ro-
ſtrato, inter quem & recipientem ſit
intermedia fiſtula ventrioſa, cujus
venter flore iſtius herbæ ſit repletus,
per quem tranſiens aqua ſecum colo-
rem iſtius floris aſſumet. Tinctura ta-
men illa progreſſu temporis in aquâ
ſubſidet. ſequens hoc declarabit figu-
ra.



Figu-

Figuræ Explicatio.

a. *Cucurbita.*

b. *Alembicus.*

c. *Caput fistulæ ventriosæ excipiens r*
strum alembici.

d. *Venter fistulæ, flores continens.*

e. *Cauda fistulæ ingrediens collum rec*
pientis.

f. *Recipiens.*



CAPUT

CAPUT TERTIUM.

DE *Modo ex ſimplicibus faciendi* BALSAMOS.

Nihil ſcribere tentamus quod vulgare eſt & cuivis cognitum: itaque & hactenus modos dedimus paucis obvios. Pauciſſimi etiam ſunt verum modum callentes Balſama faciendi ex ſimplicibus. Ubi initio ſciendum, Balſamum fieri non poſſe rei alicujus, niſi iſtius rei prius habeatur Oleum, quod ipſum Balſamum eſt. Oleorum autem faciendorum modi varij, ubique cogniti ſunt, & in omnibus deſcribuntur Chymicorum libris. Quamobrem eos hîc apponere, operæ pretium non duximus. Quòd ſi verò quis ex carioribus aromatibus, & quæ parum in ſe oleitatis continent citiùs & copioſiùs oleum

habere velit: capiat ex rore majali
aurei coloris qui reperitur, sitque pu
rus & dulcissimus: cum eo bulliat pa
rum per horæ quadrantem herba ve
aroma cõtusum & confractum quo
vis, donec rorem benè imbiberit.
Tum materiam hanc imprægnatam
per retortam destilla, & habebis ole
um, quod rectificatum optimum erit.
Oleo acquisito addunt alij ceram, a
liaque ad aptiorem consistentiam fa
cientia, imò & ad lucrum. Quem
communem modum non laudo, cùm
in usu extrinseco ob ceram occlu
dantur pori, nec vis balsami rectè pe
netrare possit; neque etiam intr
corpus sumi queat. Quamobrem a
liam communicabimus viam mo
dumque balsama faciendi optima
ut intus extraque in corpore huma
no usui esse possint. Et quia hun
modum occultant omnes ceu ma
gnum arcanum, nos eum edoceb
mus. Quidam axungijs nonnullo
rum

rum animalium utuntur; ut pinguedine omenti hœdini. Quidam ex melle, alij ex manna cœlesti faciunt balsama, adjungendo oleum, ut Quercetanus. Nos meliorem dabimus modum. Accipe olei alicujus ℨ ij. adjunge ℥ j. roris majalis nostri priùs benè loti cum aqua istius simplicis, cujus adjungendum est oleum. Benè invicem incorporentur in vitrea patella super igne, ut fundus modicè calcat. Refrigescat massa, serva ad usum. Intus & extra vel minimum inde usurpatum, optimum est. Ita ex omnibus balsama efficies absque magno sumtu, ut ex cinamomo, gariophyllis, &c. Vituperandus autem est mos quorundam aromatariorum, qui balsama coloribus picturi nonnunquam alienissima immiscent; ut ad Cinamomi Balsamum, colorem quem Lac Florentinum nominant; ad viride aliquod futurum balsamum, præparatum aliquod ex viridi æris,

quod

quod tamen corrosivum & causti-
cum esse nemo ignorat. Veri artifi-
ces colores potiùs concilient balsa-
mis ex tincturis simplicium, quę con-
venientiam cum illis balsamis absq;
repugnantia habent.

CAPUT QUARTUM
DE
Veris simplicium essentiis & salibus Philosophicis.

RecipeHerbam vel sim-
plex quodcunque vis, con-
tunde, & destilla inde a-
quam, in quam immitte novas her-
bas (ejusdem tamen speciei) con-
tusas; idque in vitro benè obturato
vel in ollâ habente supra se aliam
tegminis loco. Loca in fimo equi-
no per mensem. Exime & succum
totum benè exprime, per linteum du-
plicatum. Expressus indatur c-

cu

curbitæ cum alembico acuminati fundi, ut supra, per triduum. coquatur leniter in arena, ut fiat materiæ ascensus & descensus, ut supra. Iam remoto priori alembico, apponatur rostratus cum recipiente. Obturatis probè omnibus, aqua destilletur, usque ad materiæ quæ in fundo est crassitiem, siccrioremque consistentiam. Aqua destillata servetur ad usum, in vitro benè obturato. Refrigeretur materia cucurbitæ: & cùm refrigerata fuerit, imponatur cucurbitæ alteri hîc depictę minus ventriosæ & oblongæ; cui imponatur alembicus rotundus absque rostro, habens superius intrantem fistulam incurvam, cujus exterius orificium patulum & capacius sit; interius quod ad circumferentiam alembici appropinquat, angustum valdè. Angustum autem & curvo ductu eò vergens; nè materiæ quid inibi se insinuet. Quæ omnia ex adjunctis figuris patent.

Expli-

Explicatio Figurarum.

Figura prima conjuncta vasa exhibet. Fig. II. Fig. I.



a. *Fundus cucurbitæ.*
b. *Collum.*
c. *Orificium.*
d. *Fundus alembici rotundi.*
e. *Collum cum orificio.*
f. g. *Fistulæ incurvæ.*
f. *Foramen externum majus; per quod materia infunditur.*
g. *Foramen internum minus.*

Figura II. vasa ab invicem disjuncta repræsentat.

Significant autem litteræ, idem quod ante.

Fora-

TOramen autem externum probè semper obturatum sit turunâ ligneâ chartâ circumvoluta: interdum autem cum nihil ampliùs infunditur, arctiùs. Cucurbita cum materia hac crassiori in arena ponatur ad gradum caloris secundum, in quo semper maneat. Cùm ſiccior fuerit, ſuperinfunde per fiſtulam ſuperiorem aquam ſupra deſtillatam & ſervatam: donec tantùm humectata ſit materia. Claude rurſum, & iterum digere ut antea, ad ſiccitatem ferè cineris. Iterum irrora & humecta tamdiu, donec totam aquam imbiberit; & in cinerem album quaſi abierit. Interea ſi omnia cum diligentia fiant; apparebit tibi in vitro quaſi per halitum forma herbæ iſtius, ex qua eſſentiam hanc elicere intendis. Hujus pulveris momentum, quod extremitate apicis cultelli metiuntur, ſi vini & aquæ menſuræ quadranti immiſcueris, efficacius & nobilius

erit,

erit; quàm tantùm ex ipſa aqua hujus ſimplicis deſtillata. Iulepum ſi deſideras; parum in aqua ſolutum cum ſaccaro vel melle mixtum in uſum veniet; plus profuturum, quàm ſi aliquot menſuras vel optimorum vulgarium Iuleporum evacuares.

Verùm de his quidem multa mihi dicenda eſſent, quæ in varijs hallucinationibus, Pharmacopæorum omnium ferè, proh dolor, occurrunt. Quæ enim per Deum immortalem non ſunt cruditates, impuritates terreſtritates, in eorum decoctis, ſyrupis, julapijs, unguentis, & id genus alijs. Quæ vitia ſatis deprehendit, & corrigere ſtuduit in Pharmacopæa ſua doctiſsimus Quercetanus. Annon riſu digni ſunt nonnulli Pharmacopæi noſtri, ſummoq́ue irriſu; dum decocta faciunt apertis in vaſibus, ut ſubtilior pars exhalare poſsit, atque in auras evolare. Verùm quidam in

talia Pharmacopolæ, quia regio ingenij aliquid dedit, ſubtilius excogitarunt quid, ſi Dijs placet, dum decocta quidem faciunt clauſo vaſe; ſed fiſtulam interim amplam infigunt aſcendentem, ut per eam vapores exhalent; immò ſubtiliores partes medicamenti. O inſipidam ſapientiam; craſſam inſcitiam & veſaniam. Memini me olim, cum Academiam Patavinam incolerem, in muſéo meo nares mihi non tardiùs ſuggeſſiſſe, quid in vicino Pharmacopolio conficeretur; quàm ipſe aliquid attrectaret Pharmacopæus. Hinc & plateæ, quæ Pharmacopolas inhabitantes habent; quaſi in Arabia ſtratæ ſunt. Ibi tot odores fragrantiſsimi, quibus vicinos beant Aromatarij iſti: miſeros autem cum morbis conflictantes ægros partibus medicamenti ſubtilioribus privant, ſpoliant, & ſæpè deſperatæ ſalutis & ægritudinis majoris cauſſa ſunt.

Unde non mirum eſt, plurimos ægros mortem potiùs optare, & deligere, quàm ullam confectionem vulgaris Pharmacopolæ. Citiùs venenum ijs perſuaſeris, & quidvis aliud; quàm pocula ejuſmodi magna tot fecibus & terrenis impuritatibus onuſta. Sed nemo eſt Pharmacopæorum, qui non interim criſtas erigit, & faſtuosè ſua omnia extollit; ac ſi omnem artificij medullam penitus & ad unguem teneret. Hæc infelicia noſtra ſecula ſunt. In honore ſunt, & lautè vivunt; qui medullam & nucleum abijciunt, oſſaque & cortices maximo pretio vendunt; feceſque cariùs, quàm vinum quod deperdunt generoſiſſimum. Taceo infinita alia: ut ſimplicia vetuſtate exeſa, & vel ab avis & proavis per hæreditatem accepta, quæ ægris devoranda præbent intolerabili pretio. Quæ omnia ſi recenſere aggrederer; neque charta neque tempus ſufficeret.

CAP.

CAPUT QUINTUM.

DE

Modo essentiam & tincturam ex quibuscunq; lapidibus eliciendi.

LApides quoscunque, margaritas, corallos &c. in quantitate quacunq; contunde in mortario in pulverem subtilem semper irrorando aquâ, ne subtilior pulvis avolet. His factis iterum misce contusam materiam cum aqua, simulque omnia per linteum duplicatum transmitte. In colaturâ pauculo tempore repositâ subsidebit materia subtiliùs pulverisata. Effundatur per inclinationem aqua & ulteriùs materiæ alteri misceatur; & progredere ut priùs. Linguæ admovebis; & si asperitatem nullam ampliùs senseris; sufficit opus: sin minus; materia pa-

rum siccata iterum pulver sabitur ut ante, & fiet progressus donec instar farinæ subtilis evadat universa materia.

Hæc solutio facilis est optima tamen, & non adeò multis cognita; ut opus non sit spiritu *Vitriol.* aceto destillato, succo limonum, berberorum, aut alijs, quibus ad solutionem alij uti consueverunt. Qui ulteriùs procedere cupit ad extractionem nimirum tincturæ, capiat spiritum Vitriol. benè à phlegmate separatum. Hic superfundatur materiæ jam ante resolutæ ad eminentiam digiti, in phiala, cujus collum longius benè clausum. Pone simul in arena calente. Relinque donec coloretur spiritus Vitriol colore rei tingentis. Spiritum coloratum affunde, & alium novum affunde donec ampliùs non coloretur. In totum menstruum coloratum infunde guttatim aquæ pluvialis destillatæ partem tertiam; & exigu-

tem-

mporis ſpatio ſubſidebit tinctura fundo bociæ. Hujus tincturæ fiat lulcoratio per aquam deſtillatam aquoties infuſam & per deſtillatioem ſeparatam, usque dum alienus por omnis pereat. Citiùs hæc fient per ſpiritum urinę, quippe acrioem; quàm per ſpiritum Vitrioli; nec on minori cum ſumtu. Sed quia aerſantur homines quæ ab hominius proveniunt; & aliena præferunt; eorum opinioni ſæpè ſtolidæ aliquid haud rarò dandum eſt.





PHILIP. MULLER FRIB. BRISGOI PHIL. ET MED. D.

LIBER V. ET ULTIMUS.

DE

Medicamentis varijs r[...]rioribus & secretionibus ad [o]mnes morbos totius corporis humani à capite ad calcem.

PRiusquam hanc sus[...]piamus provinciam, monere [vo]lumus Lectorem, nos hîc [...] empiricis favere velle, qui uno co[...]rio omniũ oculis mederi volunt p[...]

ha[...]

habitis indicantibus, contra & coindicantibus. Quamobrem quæ hîc damimus ſelectiſſima medicamenta, non niſi à Medico adminiſtrari volumus, qui morbi naturam & cauſſas, locum affectum & temperiem ægri, &c. cognoſcere potis eſt. Quantum autem haberi poteſt, non negligemus meliora in quovis morbo ſpecifica & appropriata; cum hæc ſæpenumerò relictis alijs ſollicitè quærantur. Non enim exiſtimandum, omnia ad manifeſtas qualitates illas referenda, uti quidam ſapientiæ titulo ſuperbi ad quatuor humores, quatuor qualitates & totidem elementa omnia recapitulare ſtudent; ſed fruſtra.

PRO DOLORE CApitis.

Verbena insigne est specificum intus & extra usurpata.

Radix plantaginis collo suspensa, dolori capitis à proprietate confert.

Hederæ folia mollia cum oxyrhodino torreantur, & fronti temporibusque apponantur. opt. est in cephalalgia biliosa.

Nuclei persicorum cum aq. betonicæ vel verbenæ contusi & applicati, juvant mirabiliter in cap. dol. caussa frigida.

Ad sedandum dol. cap. hoc pro secreto quidam tenent: Canis rubri interfecti carnem decoque usque ad separationem ossium in aqua. In brodio madefiant petiæ applicandæ.

Commendantur in hoc affectu Italis *Pilulæ Rudij*, uti vocant, quæ tamen ipsius non sunt. Est enim

Cath

Catholicum Paracelsi, quod exscripsit Andernacus, & ab hoc VVecherus. A Vechero proculdubio sumsit Eustachius Rudius, hodie *Professor* practicæ Primarius Patavinus; qui loco magni arcani nec alijs revelandi utitur, ideoque uni duntaxat Pharmacopæo conficiendum dedit, ne descriptio alijs innotesceret. Ejus autem descriptio ita se habet, quæ tamen & in prædictis autoribus reperitur, paucissimis mutatis.

℞. *Colocinthidis* ℥ *vj.*
Agarici opt.
Diagridij
Ellebori nigri
Turbith an. ℥ *iiij.*
Aloês ℥ *j.*
Spec.diarrhod.abbat. ℥ *ß.*

Contundantur omnia, exceptis spec. diarrhod. abb. crasso modo & infundantur ad solem in aq. vit.

opt. per 8. dies, ita ut aq. vit. superemi-
neat 8. dig. Deinde infundantur quo-
que species diarrhod. Abb. in aq. vita
simili modo per 4 dies. Et factâ cola-
turâ atq; expressione forti utriusque
misceantur illæ colaturæ & fæce ab-
jecta ponatur liquor seu infusio in
alembico vitreo, & separata per de-
stillationem humiditate, remanet
materia densa, ut mel. ex qua f. pilulæ
Dos. ℈ j.

Hoc istud secretum est Rudij
quod in ore omnium fuit, cum Pa-
tavij essem; omnes verò propemo-
dum latuit descriptio. Credo Ita-
los qui ferè omnes Galeni mancipij
sunt, nunquam usuros si autorem sci-
rent. Quod enim non à Galeno, A-
vicenna & similibus proficiscitur
istis humoralibus Doctoribus non
arridet; etiamsi de Paracelso n
quidquam sciant; neque scripta ej
legerint unquam, cùm eò non tran-
portentur.

In defluvio capillorum ob lucem ℥.

Linimentum. R. *Ladani* ℥ ß.
Olei myrtini
Masticis an. ℥ *j. ß. Misc.*
Lixivium. R. *Lixivij facti cum cinere quercus* lb. v.
gallarum non perforatarum
adianti an. p j.
fol. rof. p. j. ß.
Baccarum myrti p. ß.
Acaciæ
Ladani an. ʒ ij.

Ligatis in petia acacia & ladano, cum reliquis deinde adjunctis, pone in lixivio, & bulliant ad consumtionem tertiæ partis, & factâ colaturâ de ea lavet & caput & faciem, & deinde unget linimento. Quidam aliquando & sero liniebat caput & mane administrabat lixivium ad detergendum caput, & sic evasit.

Ut crines decidant.

R. *Auripigment.* ℥ j.
Pulv. pyrij. ℥ ſs.
Calcis vivæ ℥ iij.

Coque in dimidia menſura lixivij, in olla vitreata, donec uſui accommodatum eſt Remedium quod cognoſces, ſi penna oblinita facilè plumas dimittat in manum vellicantis. Hoc à me ſæpè probatum eſt; & facilimè ex illi nitione decidunt pili. Nè autem renaſcantur varij varia præſcribunt ex ovis formicarum, ſanguine veſpertilionis, ranarum, lacertarum, &c. Sed parum proficiunt, uti experientiâ conſtat. Locus depilatus ungatur oleo vel unguento roſato.

ALIUD.

R. *Album ov. iij.*
Calcis vivæ.
Auripigmenti an ℥ j.

Con-

Contere & adde tantundem lixivij, ut fiat litus.

Ad clarificandos crines, mulierum Venetarum.

Fiat lixivium ex cineribus vitium, & coquatur in eo radix brioniæ, & poſtea minutim concidatur ſapo communis; ſtet 3. menſes & utere.

Ad faciem clarificandum & dealbandam.

Aqua fœminarum Venetarum.

R. *Aq. liliorum alb.* lb. *j.*
Succari cand. ℥ *j.*
Boracis in petra ℥ *ß.*
Camphoræ ℥ *j.*
Olibani albi ℥ *ij.*

Omnia terantur & imbibantur cum ſupraſcripta aqua; poſtea deſtilla per alembicum & habebis *A*quam pretioſam.

Aliud.

R. Tart. calcinat. & pulv. q. v. impo
ne aq. & adde tragacanth. Hoc inun
ge faciem quando exis balneo.

Aliud.

R. Sulph. commune; combure i
aq. vit. post misce cum medulla cerv
na f. Vngv. quo unge faciem.

Ad capitis tineas.

Vngventum probatis. R. *Ol. laurini* ℥
Lardi veteris ℥ v

Misce, & unge locum alteratum
ter in septimana; & abluatur capu
urinâ propriâ.

Al. prob. R. *Ellebori utriusq;*
Auripigm.
Litharg. auri
Calcis vivæ
Vitrioli
Aluminis
Galbani
Fuliginis
Aluminis facis

Ta

Tartari usti an. ℥ ß.
☿ ij exstincti ℥ ß.
Æruginis æris ʒ ij. f. pulvis.

Incorpora cum succo borrag. scabios. fumar. oxylap. aceti an. quart. ss. ol. antiqui lb. j. bulliant ad succorum consumtionem. Circa finem decocti adde pulveres, Adde picis navalis liquid. ℥ ss. Ceræ q. S. f. Unguentum.

Ad Barbam augendam. prob.

R. *Cineris talpæ in clibano exsiccatæ ʒ ij.*
apum
avellan. tost an. ʒ j. ß.
Stercoris muris ʒ ij.
Ladani optimi ʒ j. ß.
Mellis ℥ ß.
Ol. nardini & caræ an. q. S. f.
Linimentum.

Ad vertiginem.

Prosunt ex proprietate quæ fiunt ex stercore pavonis (ut si siccetur & pulverisetur) & ex araneis; item semen Carui.

Aliud

ALIUD.

R. *Fol. betonicæ.*
Salviæ minoris an. q. v.

Macerentur per noctem in vino. Utatur quotidie hoc potu, Nam est experientiâ longâ compertus.

Ad Apoplexiam.

Mirè prosunt: Salviæ Decoctum: Extractum ejusdem, Semen carui & erucæ, &c.

Exper. opt. R. *Aqua vitæ M. j.*
Granorum Junip. M. ij.

Contundantur & macerentur in Aq. vitæ, per triduum, & colentur per pannum. Imponantur deinde, Salvia, pulegium & nasturtium, & ℨj. croci. Detur patienti & statim loquelam recuperabit.

Aqua Antapoplectica & Antepileptica præstantissima Casp. Bartholini Dani.

Rec.

R. *Salviæ cum fol. & fl.*
Majoranæ.
Hyſſopi.
Meliſſæ.
Lavendulæ an. M. j.
Roris marini.
Verbenæ an. M. ß.
Nucis moſch.
Galangæ.
Cinamomi an. ℥ j.
Granorum Juniperi ℥ iij.
Sem. Carui.
Erucæ, id eſt, *ſinap. alb.*
Silveſt. an. ℥ ß.
Vini albi opt. ſexies tantundem.

Contuſa omnia infundantur per ies aliquot, aut ſtent in fimo equino per dies 14. poſt deſt. illa in . M. Hæc aqua eſt miræ virtutis confortando cerebro & nervis. ſemoriam admodum juvat; ingeium acuit. præſervat ab apop. el. paralyſi & alijs periculoſis caitis affectibus, quia humores inſi-

gniter discutit & attenuat. In apoplexia præsertim apprimè confert; sive intrinsecus assumatur, sive membrum affectum foveat. Ditiores addant aliquid ex solutione perlarum, tinctura corallorum; quinta essentia auri & similibus.

Aqua Imperialis Monspeliensium.

℞. *Cinamomi*
Cariophyllorum.
Nucis mosch.
Cyperi an. ℥ ij.
Rosmarini
Hyssopi
Majorana
Lavendula
Melissa
Ros. rub.
Fol. lauri
Cort. aurantiorum an. M. ij.

Conquassentur omnia & infundantur diebus quinque cum aq. r

lb.

lb. ij. Vini albi opt. lb. vj. Destillentur omnia in alembico vitreo lento igni.

Contra EPILEPSIAM.

Proprietate conferunt: Cranium, ossa & sanguis ex homine. Ex animalibus: Hirundines, pica, ungula alcis & asini, fel canis, cor lupi, cerebrum leporis & coagulum, &c. Ex vegetabilibus: Pæoniæ radix & semen, betonica, flores lilij convallij, tiliæ, anthos, &c. Item succus rutæ, & suc herbę paralysis; viscus quercinus, &c. Ex mineralibus, Corall. rub. Smaragdus, &c.

Remedium opt. & facile.

℞. Cranij humani pulverisati q. v. pone in fimo equino cum vitro ad putrescendum per 15. aut 20. dies, postea destilla per retortam aut per descensum & f. oleum propinandum singulis vicibus ad ʒ j. vel ʒ j ß.

ALIUD.

℞. *Cranij humani,*
Picarum

Hirun-

Hirundinum an.ʒ ij.
Castorei
Coaguli leporis
Sem. pæoniæ
Palmæ Christi
Spec. diambræ an.ʒ j.
Ol. Cinamomi gut. ij.
Macis g. iiij.
Carui g. vj.

F. pulv. vel pilulæ cum melle scillitico, & utatur patiens cui statim superbibat aquæ picarum juvenum ℥ j

Aliud.

Ad Epilep. Mixtura Terentij.

R. *Diacori ℥ iiij.*
Spec. diamosci
Xyloaloês an. ʒ ß.
Cubebarum gr. vij.
Granorum Pæoniæ
Visci querni
Cranij humani præparati
Stercor. pavon. an. ʒ ß.
Cons. buglossæ ℥ j ß.
F. Mixtura.

El

Electuarium ejuſdem mirabile.

℞. *Stæchad.*
Seſeli.
Pyrethri.
Sem. aquilegiæ an. ʒ ij. ß.
Sem. pæoniæ mund. ʒ iij.
Viſci querni.
Agarici electi an. ʒ ß.
Carui.
Aſſæ fœtidæ.
Ariſtol. rot.
Liquirit.
Carpobalſami an. ℥ iij. *Mellis. q. ſ. f. Electuarium.*

Pulvis Bartholini Antepilepticus nobiliſſimus & certiſſimus.

℞. *Cranij humani numquam humati; & combuſti: oſſium humanorum combuſtorum an.* ℥ ß.

Pulv. ossium lacertarum magnarum & viridium ʒ ij.
Visci quercini
Pæoniæ maris rad. & sem. decort. Lunâ decrescente collect. an. ʒ j.
☿ præparati
Ungulæ alcis
asini an. ʒ ß.
Saccari albiß. ℥ iiij.

Pulverisanda pulverisentur subtiliss. & f. pulvis.

Dos. ʒ j. cum aquâ destillatâ ex (.(.) recenti quod primò nascitur; & mistâ cum aq. fl. tiliæ & lilij convallium duplâ quantitate. Qui volet bibat cum aqua hirundinum vel picarum.

Ad delirantes & amentes.

Ad omnem mentis alienationem commendatur pulvis testudinis combustæ.

Phreniticis succus consolidæ cum melle mistus & naribus infusus prodest.

Mela-

Melancholicis Pulvis fumariæ sæpiùs exhibeatur & liberantur. Item aqua & conserva Elenij.

Essentia chelidonij minoris in melancholia hypochondriaca mirè confert.

In melancholia hypochondriaca Zvvingeri.

℞. *quinq; rad. aperitiv. an. ℥ ß.*
bugloss.
Card. benedict an p. j.
Absinthij parum
Sem. fœniculi ℥ j.
Carthami ℥ ß.
fol. senæ ℥ iiß.
Agarici
Tartari alb. an. ℥ ß.
Zingiberis
Cinamomi an. ʒ j.

Parentur omnia pro vino. Inde sumantur quotidie 3. cyathi manè, per tres hebdomadas, usque ad ægri languorem.

Dige-

Digestivum excellent. in melanch. hypoch. & tartaro Mesenterij.

℞. *Salis tartari cristallini* Scr. *j.*
Ol. Vitrioli vel acidi Sulph. g. 20.

Misce in jure prunorum, vel alio jusculo. per biduum reiteretur vel triduum; postea purgetur cum apozemate ex cholagogis & phlegmagogis cum suis correctorijs & carminativis.

Ad memoriam.

Cinamomum quovis modo sumtum juvat. Item Zingiber, radix pirethri, thus, Semen pæoniæ, Melissa, cubebæ, acorus conditus, &c.

Aqua præstantiss. ad roborandam memoriam, dicta Donum Gratiæ.

℞. *Aq. betonicæ,*
Buglossæ
El. tiliæ an. lb. *j.*

Aq

Aq ardentis opt. lb ß.
Anthos.
Rof. rub.
Majoranæ
Fl bugloff.an.M.j.
Sp. Confect. alkermes ℥ ij.

Infunde flores aliquantum contusos in aquis prædictis eo tempore quo colliguntur, insolentur per mensem, post destillentur per B.M. Sume omni mane cochlearij, eademq; unge nucham, tempora, &c.

Pulvis Trithemij ad corroborandam Memoriam.

℞. *Calam. arom.*
Gentianæ
Cimini
Sileris montani,
Anisi,
Carui
Ameos
Sem. Petrosel.

Spicæ

Spicæ nard.ind. an. ℥ ß.
Corall. rub.
Margaritarum non perfora-
rum an. ʒ v.
Zingiberis albi,
Camepithyos
Fol. fenæ Alexand.
Tartari calcinati an. ʒ v.
Macis
Cubebarum
Gariophill.an. ʒ vij.

Redigantur lege artis in pulve-rem. Dosis ʒ j. stomachum confortat, cerebrum purgat, oculos & visum se-renat, memoriam acuit; humores ma-los & superfluos in toto corpore con-sumit, lenit & aperit constrictiones in pectore, nauseam pellit, nimiam pinguedinem prohibet, ab epilepsia & apoplexia præservat, materiam ca-culi dissolvit, chiragram, podagram & sciaticam prohibet.

AD SOPOROSOS AFFE-ctus.

Prod

Prodeſt litus ex oleo de Caſtoreo, cum ſucco rutæ, fæniculi.

Item:

R. *Succij Apij*
Aceti fortis q. ſ.

Et cum pulvere caſtorei f. Emplaſtrum & capiti abraſo ſuperpone.

Ad SOMNUM Conciliandum.

Fiat Linimentum ex Ol. viol. croco oriental. & pauca cera.

Medulla cervina temporibus inuncta valet.

Pulvis nucis Indicæ intrò ſumtus prodeſt.

R. *Sem. papav. albi*
melonis decruſtati an. ℥ ß.
ſem. lactucæ ʒ j.

Tere omnia cum aqua Endiviæ, f. potus addito ſaccaro.

Bibe inde veſperi & dormies benè.

Contra PARALYSIN.

Oleum ex fl. roriſmarini, valet.

Ol. ex sanguine juvenis rubicundi cum aq. rosmarini.

Oleum ceræ, &c.

Electuarium.

R *Fl. lavend. sicc.* ℥ j.
Spicæ ℥ ß.

Incidantur & contundantur omnia cum Saccar. ℥ ß. in aq. s. d. ssol. cinamom. ʒ vj. Carioph. ʒ iij. Macis ʒ ij. ß.

Contra Spasmum.

Os alæ phasiani gestatum in manu partis affectæ.

Ungantur partes oleo ex pyrethro chymicè extracto.

Oleum mollitivum Saxoniæ in Spasmo.

R. *Stelliones num. v.* Adhuc vivi infundantur in *Ol. Camomel.* ℥ viij. Et ubi interierint, bulliant in eo

dem

m donec carnes liquescant. Mox
t excretio. Deinde anserem pin-
em imple thure, ladano, myrrha,
co, olibano. Deinde pone eum in
ru, inter assandum. collige pingue-
nem, & misce cum oleo suprascri-
o, & inunge partes contractas.

*Ad visus imbecillitatem, obscu-
rit. & cæcitatem.*

Prosunt, Aquæ Chelidoniæ, ru-
, calendulæ, Euphrasiæ, fænicu-
&c.

ALIUD.

R. *Sem. fœniculi lb. j. ß.*
Sileris montani lb. ß.
Euphragiæ lb. ß.
Chamedrios unc. j.
Rad. Chelidoniæ unc. ß.
Sem. Anisi
apij
petroselini an. unc. j. ß.
Pulegij
Hyssopi

Fl. boraginis
Gr. Juniperi
Saxifrag. an. ℥ j ß.

Pulverisata omnia excipiantu[r] melle despumato, utatur manè & se[...] ro. Hoc remedio Cæcus quidam no[...] vem annorum curatus fuit.

ALIUD.

Ad conservationem visus diu[...] tiss. oculosq; ab omnibus ma[...] culis purgans.

℞. *Vini albi maturi & optimi lb. xij*
Panis recentis diligenter loti lb. jv
Chelidoniæ, fœniculi, bulbi squi[...]
an. ℥ iiij.
Cariophillatæ ℥ ß.

Misce in bociam cum capitell[...] destilla in B. mariæ, & extrahe lb. [...] aquæ, quam reserva seorsim. In po[...] sumtum singulis diebus manè p[...] mensem.

Aliud.

℞. Succi apij, fœniculi, verben[...]
cl[...]

amædrios, pimpinellæ, gariophill.
lviæ, rutæ, centinodiæ, morsus gal-
næ an. ℥j. piperis crassiusculè triti,
ucis mosch. ligni aloës an. ʒiij. O-
nia macerentur in urina pueri in-
orrupti, & in bona quantitate vini
alvatici. Bulliant brevi tempore;
nc exprime & cola. Reserva vase
itreo benè obturato. Horâ somni
ngulæ guttulæ instillentur.

Ad oculorum inflammationem, dolorem, epiphoram, &c. Mixtura sæpiùs probata Bartholini.

℞. *Aq. Rosarum,*
Euphrasiæ
Verbenæ an. ℥ß.
Tutiæ præpar. ʒj.
Matris perlarum subtilissimè pulveris. ʒij.

Misce. & usus tempore præcipu[...] misceantur probè: instillando pa[...]rum in oculum: nec non petias e[...] mixturâ istâ madentes extrinsecu[...] applicando.

Aliud.

Ad ardorem & dolorem oculi.

R. *Butyri rec. novies in aq. ros lo[...]ti ℥ß.*
Tutiæ præparat. ʒj.
Camphoræ ʒß.

Misc. & reserva in vitreo vase, &[...] parum oculo indatur.

Ad suffusionem.

R. Marchasit. argent. q. s. ex[...]stingue pluries in oleo bened[...]cto[...] Destilla. De Destillato pone in ocu[...]lum.

Ad oculi fistulam.

R. *Sulphuris vivi.*

Acet[...]

Aceti fortißimi
Aluminis
Salis an ℥j.
Rad. lapat. acut. recent. ℥ ß.
f. Unguent.

Ad phlictenas, pustulas & maculas oculorum.

Fel anserinum, gallinarum, & picium an. part. æq. vitro inde. Adde mellis modic. f. Linimentum, quo oculi inungantur.

In obstructione Nervi optici.

Phu verum coque in vino. Bibat e eo tribus aut quatuor mensibus. Malagma verò oculis imponatur tepidum.

Ad rubedinem oculorum Remed. opt. Clarißimi Doct. Riverij Medici olim Regis Galliarum.

R. Vitriol. albi puriss. ʒj. dissolve in aq. pluvialis ℥ x. filtra ali-

quoties per chartam. f. Collirium. Hoc sæpè est usus Riverius. Adde sa lis communis Scr.j.

AD SURDITATEM & tinnitum.

Valent, succus raphani, pinguedi anguillæ, Balsamum Indum, axungi talpæ, &c.

Succus expressus à cæpa imbut aquâ ardenti & sub cineribus cocta commendatur.

Vel sic:

Impleantur cæpæ pinguedine an guillæ. Coquantur sub ci ibu Expressus succus auribus inst etu

Ol. pro surditate D. Hulder Monspel.

℞. Cæpam magnam rubram medio cavatam. Cujus cavitate reple oleo rutæ, addendo pulv. c peri, baccarum lauri, anisi, cumi an ℥ j. Castorei pulver. ʒ ß. bulliant mnia super prunas ardentes, poste

exp

xprimantur, ſerventur in phialâ, de qua ſtillentur aliquot guttæ in aures manè & veſperi, claudendo cottone moſchato.

Ad HÆMORRHAGIAM NARIUM & aliarum partium.

Sanguinem ſiſtunt Fabaria pulverisata. Coriandrum ſiccatum.

Aliud.

Lepus in Martio captus, exſic. & pulv. Pulvis autem in naſum vel vulnus immittatur.

Aliud.

R. *Pulv. cort. granatorum.*
Vitrioli Rom.
Aluminis ana. Miſc.

Siſtit ſanguinem in naribus & toto corpore.

Aliud.

Stercus ſuillum recens cum aceto miſceatur, & ſacculo imponatur; olfaciat patiens.

Pro CATARRHO.

Fumus ſuccini albi vel lintei pu[...]
incenſi, item chartæ vel ſulphuris ac[...]
cenſi, præſentaneum deſtillationis e[...]
remedium, ſuffumigia item ex ſiccar[...]
tibus, ut thure, maſtiche, &c.

Syrupus ad ſiſtendum Catarrhum certiſſ.

℞. *Syrup. de papav.*
Diamoronis an. unc. ʒ.
Aq. roſ. unc. j.
Vini granatorum unc. ß.
Miſc. f. gargariſma.

In catarrho ſuffocativo exhibetur ce[...]
præſens remedium Aqua ſcabioſæ.

Aliud.

Majorana bulliat in vino albo, &[...]
fumus per tritorium recipiatur in na[...]
ſum. fundit catarrhum.

Ad raucedinem valent ſuccarum can[...]
dum, glicyrrhiſa, tuſſilago, radix he[...]
lenij, aniſum, &c.

Inpri[...]

Inprimis nihil præstantius quàm syrupus de Erysimo Lobelij, qui videatur in ipsius herbario.

Ad vocem recuperandam.

Brassicæ succus cum modico salis epotus, vel ori infantis instillatus, vocem interceptam in infantibus liberat.

Aliud.

℞. Diairis, diapenidion. an. ℨj. ℞. passularum, liquiritiæ, succi ejus, hissopi, sem lini pulv. an. ℥ß. syrupi jujub. q. s. f. Elect. de quo sume in modum castaneæ, paulatim deglutiendo.

Ad Dentium dolorem.

Sub aurem admoveantur vesicatoria.

Pinguedinem ranarum immitte denti.

Aut parum theariacæ cum opio.

Peucedanum dentibus impositum perforatis, dolorem protinus solvit.

Aqua vitæ ad dolorem dentium.

R. *Philonij Rom.*
Cort.rad.papav.
Rad.pyrethri
Fol.nicotianæ Indicæ,
Piperis longi,
Sem.hyosciami an. ℨ *iij.*
Opij thebaici ℨß.

Omnia macerentur spatio 2 hor.in lb.jß.sp. vini, deinde per B. distilla,& aq. teneatur in ore.

Ad dealbandos & firmandos dentes.

R. *Salis usti,*
Vitri Veneti an. ℨj.
Cyperi aßi
Cannæ combustæ an. ℨß.
C.C.usti.Scr ij.
Corall. albi ℨß. *f. pulvis. de-*
de ablue dentes aceto.

Aliud.

Quod Turqueti esse dicitur.

R. *Marmoris præparati*
Cristalli
Lapidis pumicis an. ℥j.
Tartari viv.
Ossis sepiæ
Alum. an Scr. ij.
Corall. rub. & alb. an. ℥ ß.

M. & Adde Cinamomi, carioph. an. Scr. ſs. f. pulvis; vel cum melle & vino f. opiata, valdè liquida. Mel erit crudum, non despumatum.

Ad casum Uvulæ.

Ovum recens assatum, per medium scindatur, unaque medietas calida imponatur vertici vel suturæ coronali.

Aliud.

R. *Carabæ albiß. ℥j.*

Redigantur in pulverem crassiusculum, & per infundibulum fumus ore recipiatur, manè, meridie & vesperi.

Præ-

Præterea R. fermenti veteris ℥ j. a
ſperſo carabæ albæ pulvere linteol
inducatur, verticique ad latitudine
manus dimidiæ imponatur, bis i
deiteretur.

Ad SCROPHULAS.

R. *Cæpas num. iij. decoque ſub pr*
Vitell ov. n. iij. (*n*
Axungiæ porci vel butiri q.
Incorpora f. Empl.

ALIUD.

R. *Mures parvos ſine pilis n. 4. vel*
Lacertas magnas vel parvas to
dem,

Ponantur in ol. com. ita ut coop
riantur in vaſe vitreo ad ſolem fo
tis caloris, & quanto magis ſteterit
melius, & cum opus eſt, madefia
petiæ cum dicto oleo & ſuperpona
tur.

Scrophulæ cûm alijs remed
nolunt cedere, confugiendum a
Cauteria potentialia: Eligatur aute
ta

le quod citò & absque dolore insi-
ni agit, quale est illud *Bartholini:*

℞. *Tart. albi usti* (Weydaschen) *part j.*
Cinerum ex caulium truncis & tumoribus roboris an. partes ij.

In s. q. Lixivij saponis Belgici seu nigri, quod primò fit, dissolve; & fiat lapis s. a. Qui volet, potest addere circa finem decoctionis, opij parum, vel Auripigmenti parum, vel utrumque. Aut qui vult ut citiùs & fortiùs urat, sed majori cum dolore, potest addere calcis vivæ plus vel minus.

Ad ANGINAM.

Caput viperæ exsiccatum & collo appensum commendatur pro amuleto.

Item: Emplastrum de nido hirundinis.

Item: Rasura dentis apri ʒ j. cum ol.

ol. amigd. dul. & ſaccaro in hoc af-
fectu.

Aliud.

R. *Aq. Sempervivi*
Prunellæ an lb. j.
Salis Armoniaci ℥ j. Miſc. f.
Gargariſma.

Pulvis.

R. Noctuam unam cum penni[s]
comburatur, & f. pulvis, cujus po-
ſtea modicum in guttur immittatu[r]
Aperit & rumpit apoſtema mirabi-
liter.

Emplaſtrum.

R. Succi brioniæ, mellis an. vnc ii[j.]
Farinæ. Sem. lini, fænugræci, fru-
menti an. vnc. ſs. butiri recentis vn[c.]
ij. croci ℥ ſs. f. Emplaſt. & pone cal-
dum circa collum.

In Diſpnæa & Aſthmate.

Proſunt admodum Millepedes, flo-
res Sulp. item quæ fiunt ex radice A[…]
ronis, helenij, & ſimilibus.

Elec[…]

Elect. opt.

R. Conserv. fl. hyssopi, veron. n. ℥ j. Betonic. rad. pimpinel. E-ulæ conditæ an. ℥ ß. Agarici tenuiss. ulveris. ʒ j. Millepedum, fl. Sulph. n Scr. ij. Extr. cal. aromat. Scr. j. tin-tur. Croci Scr. ß. ol. angel. gut. v. Cum syrup. de pulmonaria & melle quillit. an. q. s. f. Electuar.

Aqua.

R. Herb. pulmonariæ, card. be-ned. hyssopi, piperit. calaminthæ, scabiosæ, capill. ♀, Marrubij, Tussi-laginis an. M. j. polyp. quercini ℥ vj. aristol. rot. ℥ j. Ireos sem. urtic. rom. an. ℥ vj. rad. fœniculi, petroselini an. ℥ ij. lilij convallij ℥ iij. Enulæ campanæ ℥ viij. Sem. sinapis, na-sturtij an. ℥ vj. Costi ʒ v. spicæ ʒ x. Bacc. lauri ℥ iiij. nigellæ ℥ vj. In-cid. gross. Infunde in vin. alb. Mens. vj. & macerentur diebus 6, deinde destilla.

Ad Pleuritidem.

Carduus benedict. & Mariæ pro-dest.

deſt. Item maxilla lucij, dens apri, virga cervi, & ſimilia. Extractum Cardui benedicti, optimum eſt in hoc affectu.

Aliud.

℞. Illam aquam, quæ effluit ex ore equarum, quando ex puro & gelido fonte aquantur. Illam mucoſam effluentem aquam propina patienti.

Aliud.

℞. *Nucis myriſticæ*
fl. bismalvæ
viſci querni an. ℥ß.
Flor. Sulph.
Boracis,
nitri
oßis genitalis ceti dentati
dentis apri an. ʒij *f. pulv. ſubtil.*

Poſt expectorationem materię applicetur Unguentum.

Cumi-

℞. *Cumini* ℥ *j. Contunde grosso modo.*
Unguenti dialthea ℥ *ij.*
Butyri veteris & rancidi ℥ *iij.*

Coquantur simul aliquot ebulli-
onibus, & ex colatura f. Unguen-
tum, quod applicetur loco dolenti
cum folio brassicæ calidè.

*Pro Hæmoptoicis & Pthi-
sicis.*

Proprietate conferunt Scabiosa &
Betonica. Si ex eorum succis syrupi
fiant, extracta item. Pulmo vulpis
confert. Vinum rosmarini: Medulla
crurum vituli, &c.

*Ad sputum sanguinis
cum tussi.*

Syrupus myrtinus, cum syrupo
portulacæ, multum præstat.
Looch Varandæi ad Hæmo-
ptoicos.

℞. *Boli armeni*
Terræ sigillatæ
Coralli utriusq; an. ʒ ß.
Saccar. ros ℥ ß.

Cum albumine ovi simul agita. f. Looch, quo utatur cum cochleari frequenter.

Ad phthisin, sequens magno successu exhibitum fuit Neapoli.

℞. *Pulpæ caponis*
pinearum an. lb ß.
plantaginis lb. j.
Consolidæ majoris
Hyperici
Salviæ,
Dictamni cretici albi
Betonicæ
Violarum an. ℥ jv.
Cinamomi unc. j. ß.
Lactis caprini. q. s.

f. infusio per biduum. Deinde a stilletur.

Aliu

Aliud.

Ad Pthisin.

R. Alkakengi, calendulæ, buglossæ, blit, an. M.j. bulliant in brodio carnium bonâ ebullitione; & detur brodium ad bibendum post cænam, quando itur dormitum.

Ad EMPYEMA.

Pulv. sem. urticæ ad Scr j. cum syrupo violaceo lambat & paulatim deglutiat.

Aliud.

R. *Rad. graminis ℥ iij.*
Acetos. M. ij.
Card. bened.
Scabiosæ
Herb. capill. ♀ an. M. j.
Passul. mundat. ℥ j.
Liquiritiæ ℥ ß.
Anisi ʒ j.
Ficuum, num. iij.
4. sem. frig. maj. an. ℨ ij.
Flor. cord.
Hyperici an. M. ß.

F. de-

F. decoctio in aq. borraginis q. s. ad lb. j.
Cui infunde
Fermenti panis cibarij ℥ iß.
Coaguli ℥ jß.
Syr. ex succo vel infus. pa
pav. ℥ vj.

Pro quinque vicibus vel 6. Discutit, abstergit, per urinas & sudores expellit, defluxiones cohibet, febresque sistit.

Ad Affectiones CORDIS, *Syncopen, Cardiacam, &c.*

In Palpitatione Cordis. Galanga è plantaginis succo bibatur. Melissa tam intus quàm extra admota commendatur. Ex cerasis acidis destilletur aqua in B. M. Misce cum succo recenti cerasorum acidorum opt. Conserva florum aquilejæ, quantitate castaneæ sumta. Aristol. contritæ ʒ j. pulv. Aqua pentaphylli destil-

stillata tribus diebus ab infantibus ℥ß. ad ℥ij. jejun. bib.

Aliud.

℞. Nuces avellanas seu Italicas cum corticibus, cum pauco fermento tegantur. Combure in pulverem in fornace figulorum. Dosis in pueris ℈j. ad ℈ij. In adultis ʒj. in brodio cicerum.

Aliud.

Nobiliss. omnium in Italia ab amico quodam mihi communicatum, pro tremore Cordis.

℞. *Conf. rad. bugl. cort. citri an. ℥ß*
Conf. rof. & anthos an. ʒvj.
Mirob. conditorum n ij.
C C. & rasuræ eboris,
Tincturæ corallorum
Lactis Margaritarum an. ʒjß
C♂ cum sp. Sulph. resoluti ʒj.
Ambræ flavæ exaltatæ
Ambræ grisea an. ℈j.

Cum

Cum ſ.q. ſyrupi gr.chermes f.o. piata cum ſp. Vitriol. dulc. utere pro potu cum decocto rad.ononidis & aqua mannæ calabrinæ ℥ ij.

Confectio Alchermes dulcis Herculis Saxoniæ pro palpitatione cordis & aliis eius affectibus à cauſſa calida.

R. Granorum kermes ℥ iij. bulliant in aq. viol. roſ. nenupharis an ℥ iiij. uſque quo aquæ purpureum trahunt colorem. Factâ colaturâ & expreſſione. R. folliculorum ſerici inciſorum extractis bombycibus ℥ iiij. Bulliant in prædicto decocto uſque dum purpur. trahant colorem. Deinde ſiccentur in umbra, mox iterum, ſecundò aut tertiò bulliant in eodem decocto. Iterum in umbra ſiccati infundantur per horas 24. in ſucci pomorum dulcium & roſarum an. lb j ſs. Deinde poſt infuſionem bulliant in eodem deco-

ct

..., usque quo decoctum purpureum ...cipiat colorem à serico. f. expressio, ...laturæ adde saccari fini lb. j. ss. Bul... nt simul ad crassitiem mellis. De... ...e sublato decocto ab igne dissolve ... eo adhuc calente ambræ griseæ ...t. incisæ ℥ ss. & post dissolutionem ...rum ponatur ad ignem & addan...r hi pulveres, santalorum rubro...m, citrinorum, flavorumque, nenu...aris, violarum, ros. Marg. præp. ra...ræ eboris, ossis de C. C. fragment. ...yacinthi, smaragdi, sapphiri præp. ...ral. rub. an. ʒ j. sem. oxalidis ʒ ij. ...usci opt. ℈ j. M. f. conserva.

Confectio Alchermes amara ejusdem pro palpit. & aliis cordis affect. à caussa frig.

...Differt à priori speciebus tantùm ...k quantitate muschi. Nam loco spe...ierum frigidarum ponuntur hæ. R. Cinam. garioph. nuc. mosch. zinzib. ...edoar. galangæ, Cardamomi, spic.

styrac.

ſtyrac.calam.croci.xyloaloês an. ʒ.j. ocymi gariophillati ʒ iij. Muſci j. Miſc. f. Conſerva. Doſis utriusque à ℈j. ad ʒj. Datur horis 2. aut 3. ante cibum.

Aqua Cordialis ejusdem in febribus malignis.

R. Succorum borraginis bugloſſæ, meliſſæ, biſtortæ, tormentillæ, verbenacæ, oxylapathi, aceroſæ, rutæ caprariæ mirrhidis, cyani maj. & min roſarum, calendulæ, limonum, citri an. ℥ 6. pimpinellæ, ſaxifr. penthaphylli an. vnc. iij. Aceti vini albi lb. j. Sem. portulacæ, fl. nimpheæ, an. ʒ ij. ſem. citri ℥ ſs. terræ Lemniæ, ſileſiacæ, ſamiæ an. vnc. j. ſs. Trium ſantalorum ʒ vj. Margar. præp. cum acido citri ʒ iij. Infundantur ſpecies in ſuccos & ſemper maceratio f. per tres dies loco tepido. Deſtilla alembico vitreo. Deſtillatus liquor conſervetur in vaſe vitreo. Doſis ab vnc. ſs. ad vnc. iij. duabus aut unâ horis ante cibi ſumtionem.

Præ-

Præservutivum in Peste.

R. Fol. rutæ ℥ ſs. Ficuum ℥ ij. c. Juniperi ℥ j. ſs. Nucum maj. ℥ j. t. vini ʒ ij f. Miſ. in modum elect. at jejunus iturus in aërem quanti- castaneæ.

Aliud.

.. Arſenici criſtallini ʒ j. Carioph. j croci Scr. ſs. Sem. pæoniæ, Ze- r. ʒ j. ſs. Zinzib. ʒ ij. baccarum ri ʒ iij. maſtiches gr. iiij. myrrhæ 4. nucis moſch. ʒ j. ſem. rutæ Scr. j. ſchi gr. ij. f. groſſus pulvis inter- tatus pro regione cordis.

Electuarium Prophylacticum in peste, Bartholini.

R. *Rad Imperatoriæ*
Angelicæ
Granorum Juniperi an ʒ *ij.*
Sem. card benedicti
acetoſæ an. ʒ *j. ß.*
Boli præparati cum ſucco citri ℥ *ß.*
Raſuræ C.C.

Diamarg. frig. an. ʒ j.
Theriacæ vet. opt.
Mithridatij an. ℥ j.

Cum Syrupo de acetositate citri f Electuarium.

Pulvis contra Pestem præservativus.

R. *Rad. tormentillæ*
Diptamni albi recent.
Boli Armeni
Margarit.
Sandalorum rub.
C.C. usti.
Aristoloch rotundæ an. ʒ j.
Camphoræ ʒ ss.
Saccari albiss. ʒ ij.

f. pulvis subtilis, de quo sumatu[r] ʒ j. pro vice cum ʒ j. theriacæ, aut aq[uæ] acetosæ vnc. jv. Misc. & da jejuno 2 horis ante cibum.

Elect. Cordiale roborans Cor & vires.

R. Succari ros. viol. borrag. bu[g]glos[s]

ſ an.℥ß.terræ ſigillat. boli Arme-
an.Scr.ß gemmar.elect. de gemmis
ʒß.ſpec.tria ſandal.Scr.ij.fol. auri
m.vj.Syr.de acetoſ.citri q.ſ.f. Ele-
ar.

Hæc quæ hactenus à nobis dicta
nt, contra peſtem & venena pro-
nt, uti & Theriaca & Mithridati-
m, quæ tot ingredientibus à vete-
bus donata ſunt. Quod ſi unum
t alterum ſumerent, effectus non
inùs quàm ante ſequeretur; imò fe-
tiùs. Ita videmus ſucceſſum me-
brem contra venena ex ſimplici
æparatione ſerpentium & vipe-
rum, quàm vel ex theriaca, vel
ntidoto magna Matthioli, quam
entum ſexaginta plus minùs ingre-
iuntur ſpecies. Mirum eſt viros
doctos non conſiderare confuſio-
em magnam fieri ex tot ſpecierum
ommiſtione & bellicoſam pertur-
ationem. Miſcent omnia quæ lege-
unt audiveruntque contra peſtem
alere vel cor confortare, licet ali-

qua frigida ſint, aliqua calida, humida alia, alia ſicca; contra propiorum præceptorum tenorem; uti in Antidoto magna Matthioli videre licet, ubi ferè cœlum terræ miſcetur; Talis quoque compoſitio inſtar Theriacæ habetur Neapoli inſtar magni ſecreti, & magnis ſumtibus ibi diſpenſatur. Ultra centum & ſexaginta ingredientia habet, magna confuſione congeſta. Sed hic Italorum mos eſt, uti & aliorum Humoriſtatum in Germania receptas ſcribere plurium ſpecierum. Quas quidem non damno, cum intra mediocritatis terminos ſe continent; verùm cum ad tam magnum accedunt numerum, quis non meritò ridet? Hæc pauca interfari hoc loco libuit. Nunc quia contra peſtilentem febrem remedia dedimus; alias etiam abigere ut doceamus breviſſimè pro more noſtro, conſequens eſt.

Ad febres omnes in genere.

R. Aquæ fontanæ lb j. mellis
chl. j. In cantharo pone ad cumu-
m formicarum, usque ad superfi-
em canthari. Aperiatur & intra-
nt formicæ inhærentes melli in
agna quantitate. Deinde conclu-
tur cantharus; simulque destillen-
r. De illa aqua bib. cochl. medium
us minusvé pro viribus patientis:
vomitus provocabitur; quo multi
berati sunt.

Aliud quod præservat.

Cum horrorem sentis vel simile
rid, ut à febre aliqua metus sit; ca-
ias statim Rad. tormentil. ʒ j. pulve-
f. theriacæ bonæ ℈ j. Aquæ tormen-
ll. ℥ ß. Acet. vini ℈ ij. Misc. benè. bi-
at uno haustu. Sudet deinde per tres
oras. Prob. valet etiam in peste, su-
ore Anglico, &c.

Ad Tertianam.

Teratur Apium silvestre. Lige-

tur super pulſ. manuum, ſtomacho jejuno die acceſſionis, & jejunet ad alium diem.

Aliud.

R. Sem. abſinthij ℨ j. bibat in aq hordei jejuno ventriculo 3. horis ante prandium. Si non procedat, reiteretur.

Ad Quartanam.

Suſpendatur de collo avellana, cui incluſa aranea magna, & liberabitur.

Aliud.

R. Rad. acori, acetoſ. lupul. borrag. ſcolopend. fol. chamœdreos, agrimon abſinthij an. M. j. Marrubij, Card. bened. Matrifil. an. M. ß. Adde vini q. ſ. & coque ad conſumtionem duarum partium. Prob.

Ad Mammillarum affectus.

Ad habendam Lactis abundantiam.

Da herbam fœniculi decoctam in vino vel Lacte, & abundabit lacte.

Ad

Ad abſcindendum Lac.

℞. Rutæ ſiccæ, ſem. agni caſt. an. ʒij. totum pulveriſatum cum aqua ...mini bibat.

Ad duritiem mammarum.

Androſæmi folia imponantur.

Aliud.

℞. Sem. lini ſubtiliter piſta in mortario, & tranſmitte.

Poſtea ℞. Lactis caprini q. ſ. ut f. decita decoctio in modum emplaſtri.

Ad mammillas ulceroſas & cancroſas ob lactis redundantiam.

℞. Bufonem craſſum occiſum quocunq; modo, & tali pondere cancros vivos. Simul pone in olla vitreata & benè operculatâ, ita ut in medio tantùm foramen exiguum relinquatur. Urito ſuper prunas mediocri calore non intermiſſo, hocque cinere utitor.

Ad VENTRICULI affectus.

Ventriculo prosunt, Absinrhium Zinziber, Myrobalani, Cinamomu & infinita alia calida. Item pellicu ventriculorum gallinæ internæ, &c

Ad corroborandum ventriculum.

R. *Myrobalanorum chebulorum*
Carioph.
Rhabarb. optimi
Masticis an. ℥ j.
Vini Malvatici Mens. j.
Destilla s. a. in B. M.

Unguentam ad frig. ventriculum tardius concoquentem & flatibus multis obnoxium.

R. *Ol. absinthitis*
nardini an. ℥ ij.
Galangæ
Carioph.
Mastichis
Cyperi an. ʒ ij.

Cumin

Cumini
fl. rosmarini an. ℥ *j.*
Ceræ q. s. f. Unguentum.

Confectio ad stomachum calidum & debilem.

R. *Sandalorum omnium*
Spodij
Ros.
Corall. rub. an. ℥ *ß.*
Margar. & gemm. an. Scr ij.
Cort. citri cond. ℥ *ij.*
Pulv. pellicul. ventr. gallin. ℥ *iij*
Cinamomi ℥ *ß.*
Saccar. q. s.
F. Elect. cum aq. ros. Dos. ℥ *iij. vel 4.*

Ad nauseam prægnantium tollendam.

R. Aq. Cinamomi ℥ iij. ol. vitriol. bene præpar. gr. iiij. Syr. de menta ℥ j. ol. cinamomi gut. ij. M. detur.

Confortans & præservans navigantes & alios à nausea & vomitu.

Ita præſcripſit Penotus.

R. Salis nitri, ſalis fuſi, ſalis gemmæ an. ℥ j. Galangæ, maceris, cubebarum an. Scr. j. f. pulv. Doſ. eſt gran. iiij manè jejuno ſtomacho. *Sed verior deſcriptio eſt* hæc quæ ſequitur.

R. *Salis nitri*
fuſilis. aut eius loco Sulph. opt.
gemmæ an. ʒ *j.*
Galangæ
Maſticis,
Cubebarum an. Scr. j.

Miſce f. pulvis tenuiſs. Doſ gr. iiij. Manè ſumatur antè cibum cum opt. vino. Navigans in mare ſi uſus fuerit, non evomet. Præterea ſtomachum confortat, digeſtionem juvat, & à putredine præſervat.

Aliud.

R. Vini Malvatici ℥ vj. ol. Vitriol. Rom. gut. vj. Dilue benè. Hujus capiat ſingulis diebus manè ℥ j. Vo-

mitum

itum ſiſtit, ventriculum confor-
t, &c.

Ad ciendum vomitum.

Hoc faciunt, ſuccus radicis noſtra-
s Iridis, Elleborus uterque, balanus
ſyrepſica, ſambucus, ebulus, lathy-
s, eſula, &c.

Aliud.

R. Calcanthum. Diſſolve in a-
ua; quæ poſtea evaporanda. Quod
n fundo erit, propinabis ad gr. ij. cum
onſ. roſ.

Aliud.

R. Salis Vitriol. gr. 7. vel 8. Diſ-
olve in liquore congruo, vino vel
uſculo, &c. Propina.

Unguentum vomitum provocans.

R. Succi hellebori & eſulæ, vel
pulv. eorum cum felle taurino & al-
bumine ovi. Miſc. quo ungatur ſuper
umbilicum venter & vomet.

Ad oxyreuma Sodt dictum.

R. Cretæ albæ, nucis mosch. an. ℥ ij. Croci ℈ ss. saccari q. s. Dissolv. cum aq. menthæ. f. Rotulæ.

Ad singultum.

Oleum ocymi cum vino sumtum prodest.

Castoreum cum succo mentæ in potu tepido datum & benè mistum.

Ad obstructiones Epatis, & Icterum.

Prosunt & deoppilant, Agrimonia seu Eupatorium, Cuscuta, &c. Prosunt Limatura Chalibis & fæcula radicis Aronis, Lupulus, Endivia, epatica, &c.

Aliud.

R. *Summit. lupul.*
Eupatorij.
Endiviæ
Rosar.
Cuscutæ
Epaticæ

Passul.

Passul. Corinthiac. an. M. j. vel P. j.

Coque in sero lactis. Epar calidum temperat, purgat, sanguinem, obstructiones aperit; icterum, hydropem flatuosum, laterum punctiones, renum obstructiones, &c. tollit.

In contumaci obstructione, jecoris, lienis aut vesicæ felleæ.

R. Limaturam chalybis (in diebus canicularibus optimè præparatæ ex aceto acerrimo; in quo sint decoctæ radices altheæ) lb. j. pulv. anchusæ, C.C. agrimoniæ, ceterach, fumariæ, parietariæ, an ℥ j. Cinamomi ʒ j. vini lb. xij. f. infusio & detineatur radiis solaribus 8. dies. Dosis ab ℥ j. ad lb. ß.

Ad ICTERUM.

Peculiariter conducunt Amara dulcis, Radix chelidon. minoris, Allium, abrotanum; lapis natus in vesica fellea tauri, stercus anserinum, gallinaceum, &c.

ALIUD.

R. *Abrotani M.ß.*
Vini lb.iij.

Coque ad tertias. Bibat inde 6.dies.

Aliud.

R. *Marrubij vnc.ij.*
Lupul. vnc.j.
Rad. buglօß.
Enulæ campanæ
Eupatorij an. vnc.ß.
Rhabarbari ℥j.
Ligni aloes ℥j.ß.

Bulliant omnia in lb. iij. vini albi generosi ad consumtionem tertiæ partis. Quod superest coletur sine expressione. Cujus quolibet manè exhibeantur vnc. iij. cum ℥iij. sac. albi contriti.

Ad HYDROPEN.

Prosunt peculiariter, Iris, sambucus, ebulus, ruta, endivia, brassica marina, Tartarus, &c. Inprimis commendo extractum ex Iride.

Aliud.

Aliud.

R. *Vincetoxici* lb. *j. aut minus.* In vino macera per noctem. Coque ad tertias. Manè bibat bonum haustum & sudet.

Aliud.

R. Summitatum & fl. pontici absinthij lb j. Misce cum saccaro. Dos ℥ ß. ante prandium. Utere frequenter.

Hydropis perfecta Cura.

R. Succi recentis rad. iridis & ex cort. viridi med. sambuci ana cochl. propina in vulgari aqua semper post tres vel quatuor dies. Hoc pellit alvum fortiter. Ad relictos tumores circa genu, pedes, &c. impone folia cardui majoris, id est, bardanæ; extrahet aquam.

Al. Theoph.

R. Salis absinthij ℥ j. Zingiberis parum. Imbibatur cum oleo salis & f. electuarium, ex quo quotidiè dabis gr. 3.

Ad LIENOSOS.

Hic prosunt: scolopendrium, cuscuta, cynoglossa, tamariscus, asparagus, cappares, filix, splen bovis, &c.

Pilulæ Riverij ad hos affectus.

Quercetanus quidem in sua Pharmacopæa pilulas Riverij videtur describere. Sed vera earum descriptio, quæ hactenus non est edita, hęc est:

R. *Gummi Ammon. bdellij elect. an.* ℥j.

Dissolvantur in aceto scillitico, & per pannum rarum traijciantur, & adde masticis, benjoini, myrrhæ an. ʒiij. aloes non lotæ ℥ß. Croci ʒijß. Salis Absinth. ʒjß. Omnia ex arte præparata incorporentur cum syrupo de absinthio. F. Massa quæ conservatur in aluta madefacta oleo anisi & fæniculi. Notandum autem ante harum pilularum usum præcedere debere clisteres & fomentationes supra locum affectum sple-

nis:

nis; Continuarique etiam post usum pilularum, ut hac ratione dometur materia. Postea ad confortantia tum viscerum tum capitis veniendum, methodo ligitimâ procedendo ad sanitatem perfectam.

Ad CALCULOSOS.

Infinita sunt quæ urinam cient & calculum expellunt. Nos præcipua aliqua in medium adferemus.

Corimbi hederæ conquassatæ ʒ j. pond. in vino pot. Ossicula Mespilorum vel Persicorum contrit. ʒ j. pondere in vino albo cui incocta sit radix Petroselini. Radix restæ bovis, saxifragia, parietaria, &c. optima sunt.

Aliud.

Ol. carab. albæ 3. guttæ in mediocri haustu vini albi calefacti optimè priùs cum oleo commixti est probatiss.

Aliud.

Mandibula Lucij tusa & in pulverem redacta, si aurei pondere cùm

vino

vino ſumatur; in renibus & veſica calculi franguntur.

ALIUD.

Probatiß. Friderici I. Regis Daniæ.

Tere ſaltem leporis, pupillas Lucij piſcis, & oculos cancri. Da cum aceto.

Aliud.

Ducis Boruſſiæ Alberti.

℞. Oſſium dactilorum, ceterach. an. ʒ ſs. ſuccini albi ℈ ſs. Miſc. Detur cum aqua aut vino ceraſorum.

Præſtans & mirabile.

℞. Baccarum Juniperi ℥ ſs. injice in vitrum aquâ ardenti plenum, ita ut baccæ eâ integantur, vitro benè obturato ſtent in infuſione per quatriduum, commoto ſubinde vitro, coletur forti expreſſione; cui aliæ baccæ recentes, infundantur & ipſæ quatriduum macerentur ut ſupra

upra: hocque tertiâ vel quartâ vice repetatur. Vinum inde expressum optimum reservetur. Cuius cochlearia duo albo vino permista tepidè bibantur. Post insessum ex malva & chamomelo paret, in quo sedeat per horam (caput, facies & nares aquâ rof. irrorentur, ne in syncopen cadat) vel quousque calculus excernatur; sed cavendum ne mox à cibo sumto eo utatur.

Aliud.

Aqua veronicæ quæ primâ vice exstillat, iterum fæcibus superinfundatur, & secundâ vice destilletur, ut saporem acquirat lixivij, cujus sumo haustum cum saccaro.

Ad Diabeten.

Valet emplastrum ex milio & aqua hordei umbilico impos.

Pulvis pro mingentibus involuntariè.

℞. Stomachorum gallinæ præpar.

par. ℥j cineris erinacei combusti ʒiij Conterantur omnia. f. pulv. Dos. ʒj. cum vino quando it cubitum.

Ad Dolores Colicos & Iliacos.

Ponatur magnes super umbilicum, & statim cessabit dolor: Valent præterea Laudanum aliquod opiatum, oleum ceræ, &c. Extrinsecus fiat inunctio ex oleo Philosophorum vel succini. Item quinta essentia corallorum. Spiritus terebinthinæ, flores ♃ ij, &c.

Electuar.

℞. Theriacæ opt. ℥j. castorei pip. longi an. ℥ß. opij Scr. j M. acuratis. & fiat. elect.

Ad fluxus ventris.

In diarrhœa & dissenteria, optimum est in die ter, dare ex Cr. ♂; singulis vicibus gr. 10. Cum succo prunorum silvestrium.

Aliud.

℞. Hepar lupi, Mithridat. an. Scr. j.

Ma.

Magiſt. Corall. boli Armeni C. C. uſti maſtichis an. Scr.ß. Aq. tormentill.℥ iij. cichorei ℥ ij. Mivæ cidoniorum ℥ j.

Ad Diſſenteriam.

R. Vitell. ovorum coctorum n. 10. nucis moſch.℥ ij. vini rubri ſtiptici q.ſ Infunde f.a. f. deſtillatio per B. Doſ. ij.

Ad Lumbricos.

Mercurius & res Mercuriales hoſtes ſunt lumbricorum & corruptionum. Valent etiam amara omnia, ut Abſinthium,&c. Item f. emplaſtrum ex hiera picra.

Ad vermes puerorum.

R. ☿ crudi Scr.j propinetur per ſe, vel in aq. portulacæ ℥ 4. fortiter agitetur in phiala vitrea; poſtea aqua ſeparetur & propinetur.

Ad Hæmorrhoides.

Eorum dolorem ſedant; furſures tritici cum floribus verbaſci in ſacculo cocti & loco dolenti applicati.

Bal-

Balsamum Sulph. in hæmorrh. cæcis & dolentibus opt. est.

Aliud.

R. *Pingued. gallinæ ℥ ß.*
Pulp. pomi cocti sub cineribus ℥ j.
Croci oriental. ʒ ß.
Unguenti populei ℥ ß.
Vitell. ovi num. j. F. Linimentum.

Ad Hernias.

Juvant, Pyrola, Perfoliata, Consolida, Herniaria, & c. omnia quæ validè adstringunt, exsiccant & consolidant.

R. Pyrolæ, Consolidæ Saracenicæ an. M. j. coque in vini boni lb iij. Bib. jejuno stomacho, per mensem. Deinde R. sevi cervini, resinæ pini an. ℥ j. Ceræ ℥ ß. M. f. emplastr. & impone.

Aliud.

R. Glutinis piscium ℥ iiij. in cid-

de frustratim & pone in vnc. iij. a-
t. rubei, ol. Masticini vnc. iij. per
em & noctem postea liquefiant ad
nem. Cola. In colatura adde pulv.
q. R. Thuris, masticis, boli Arme-
, sang draconis, traganti torrefa-
i, balaustiorum, farin. fænugræci
. ℥ ß. Misc. simul benè, & fac cera-
um in bona forma.

Ejusmodi Cerata & emplastra
nfinita fieri possunt ex adstringen-
bus, consolidantibus, &c. Verùm
inveteratus est morbus, frustra
entantur omnia per ejusmodi reme-
ia quæ in superficie hærent. Ra-
ò etiam per potiones vulnerarias.
ed ex fundamento curantur per
rtem chirurgicam. Hodie usus est
ctionis apud chirurgos & testis
xemptionis, &c. cum summo do-
re, hæmorrhagia, læsione gene-
ationis, &c. Sed meliùs curarentur
er artificium illud chirurgicum,
uod novit Cl. V. Caspar. Bartholi-
us, absque sectione, dolore, hæmor-
rha-

rhagia; absque exemtione testis vel læsione vasorum seminalium aut ipsius etiam generationis, absque ulla etiam recidivâ.

Ad Stanguriam, & Ischuriam.

Baccæ lauri statim juvant.

Aliud.

R. Herbarum & summitatum anethi an. M. ss. f. decoctio. Bibat.

Aliud.

Cancer vivus in mortario cum est tusus, affunde vinum: Cola, propina. Misce potui sem. raphani, apij, petroselini, & persicor. nucle.

Aliud.

R. Tres nucleos avellanæ mundatos & contusos. Bibat cum aqua pura.

Syrupus ex succo portulacæ & herba millefolij, statim juvat.

Ad

Ad Mictionem ſanguinis, Dænij.

R. *Veronicæ*
Salviæ minoris
Raniſilv. an. M ß.
Gland ℥ j.
Acaciæ ℥ ij.

f. decoctio ad lb. j. Colaturæ add. ellis opt. q. ſ. pro medioc: i dulco-.

Ad ardorem Urinæ.

Valet portulaca, plantago, lactu-, &c.

R. Aq. plantag. portulacæ, an. j. Mucilag. ſem. phillij, tragacan. r. cum aq. nenuph. an. ℥ ij. ſs. Miſc. njectio.

Ad Gonorrhæam.

R. Terebinth. in aq. malvarum lotæ ℥ ij. Sume in vitello ovi vel cer.

Aliud.

R. Menthæ ſiccæ, ſem. lactucæ ℥ ij. agn. caſti, rad. diptam. Cre-

tici, fol ejusdem, ireos flor. an. ℥ j. ſ
Saccari lb. ſs. Terebinth. ℥ iiij. vini op
℥ xx. f. deſtillatio ſ. a. Utatur 3. coch
lear. manè ante paſtum.

Ad impotentiam & læſam virilitatem.

Valent erucæ, ſatirion, urticæ, paſtinacæ, ſtinci, &c.

Julij Caſſerij Placentini Morſuli pro Impotentibus.

℞. *Sem. Erucæ*
Urticæ
Aniſi
Fæniculi
Paſtinac. an. ℨ ß.
Far. cicer. alb. ℥ ß.
Nucum pinearum
Amigd. dulc an. ℨ ij.
Extremitat. ſtinc. ℨ j.
Cinamomi
Galangæ
Gariophillorum
Cardamomi

Cro

Croci
Piperis an ℈ ij.
Diasatyrij ʒ j ß.
Moschi,
Trochisc. de gallia mosch.
Ambræ griseæ an. gr. v.
Saccari dissoluti in aq. ros. q. s.
Misce & contusis contund. f. mor-
in vino albo odorato, ad ℥ j. pro
vice sumat.

ALIUD.

Ad provocandum Coitum.

℞. Lactis vaccini noviter mulsi
guis vaccæ ruffæ & juvenculæ lb
ereniabin granosum & album lb.
n lacte pone ad ignem. Coque do-
ad modum mellis inspissetur, &
eo semper manè capiat ℥ j. vel plus
nus.

Ad Uteri strangulatum.

Daucus masticatus statim juvat.

Aliud.

nunge ventrem oleo succini.

Aliud.

R. Cumini ℥ j ß. sume in aq. me-
lissæ vesperi & mane. Item ol. citri
vel limonum in aq. melissæ.

Aliud.

Bulbo allij conciso adde fellis bu-
buli ℥ iiij. Calef. in cineribus, & calid.
expresso succo, umbilicus, nares, ma-
nuumq; arteriæ inungantur.

Aliud.

Capilli patientis suffumigati exci-
tant patientem.

Aliud.

Tali leporini calcinati Scr. j. exhi-
be in aq. pulegij.

Ad Uteri procidentiam.

Prosunt & hic adstringentia o-
mnia consolidantiaque: ut bolus, ter-
ra sigillata, &c.

Emplastrum Saxoniæ.

R. *farin. volat. molend. ℥ vj.*
fuliginis furni ℥ iij.

Ami

Amyl',trag:canthi,gummi A-rab an.℥ ß.
Boli Armeni, terræ sigill. sang. drac. an. ʒ ij.
Album ovorum num. X.
Succ plantag. poligon, portu-lacæ, consol. an. q. s.
Misc. f. emplastrum.

Ad mensium suppressionem.

Prosunt hîc, Sabina, Arthemisia, [O]riganum, Pulegium, Marrubium, .

Saccarum buglossatum mirè re[t]entos menses aperit.

ALIUD.

R. *Succum sabinæ ℥ ij.*
Cinamomi ʒ ij.
Croci gr. 4.
Aq. raphani ℥ ij.

Misc. De hoc bibat itera cubi-[tu]m.

Prosunt maximè, sal chel.do-[nia]e, Sal fœniculi, & Sal valerianæ.

Ad menses immodicos & fluxum album.

Cinis ranæ magnæ gestatus prohibet fluxum.

Bibat. aq. papav. rubri ℥ jß. Valet item succus tormentillæ, vinum rubrum cum mastiche. Tinctura Corallorum.

Aliud.

R. Turturem impletum mastiche, furno impone, donec comburatur. Hujus pulveris ℥ j. assumat cum aq. convenienti.

Aliud.

R. Masticis gr. 30. Decoque in lb. j. aq. Istius decoctionis ℥ vj. dentur singulis diebus in diluculo ad dies 10. opt est remedium in humidit. alba.

Item decoctum *R*orismar. valet.

Aliud.

Succum millefolij per alembicum destilla. f. aqua cum syrupo mirtino vel

...croſ. ℥ j.ſs.Hujus aquę ℥ iij.dantur, ...is purgationibus. Removet o...em fluxum à matrice, maximè ...um.

Ad conceptionem.

℞ Sævi capræ piſcis bovis agreſtis ... tere & in lacte recenti bulliat, & ...eo mulier per ſeptem noctes con...uas bibat totum, ceſſantibus men...is. In ijs autem noctibus fugiat ...ngreſſum. Poſtea verò ſi coëat, ...incipiet. Hoc medicamentum mu...res Indicæ probavère multum ju...re ad conceptionem.

Medicina Indica ad gignendos gemellos.

℞. *Lactis fæminæ.*
aſinæ
Camelæ an p. æ.
Zinzib.triti & cribellati parum.

Hoc ponatur ſuper lacte per ...em & noctem. Poſtea agitetur, ...uod ſupernatat, accipiat, & de eo ...ul.er intus & extra vulvam for-

titer iungat in diebus menstruosis & in horis coitus; & gemellos concipiet.

Ad prohibendum ABORTUM.

Imminentem abortum prohibet Rad. Eringij veri, emplastri modo apposita ventri paullò sub umbilico.

Aliud.

R. Pelliculas ex ventriculis gallinarum extractas, tritas, aliquot diebus manè floreni unius pondere cum vino jejunè sumant. Hoc certissimè abortum prohibet.

Aliud.

R. Conser. rosar. bugloss. borrag. an. ℥ ß Diamarg. ℈ iiij. Margar. ʒ ij. fragment. lap. pretios. ℈ iij. Corall. rub. ℈ ij. f. mistura.

Ad Partum facilitandum, secundinas retentas & fœtum mortuum rejiciendum.

Partum facilitant Ætites lapis, exuviæ

iæ serpentum, Diptamnus albus, tractum croci, Aqua cinamomi,

R. Pulv. diptamni albi ʒ j. cum Cinamomi & aq vitæ an. ℥ ß. Pro-etur parturienti.

R. Borracis officinarum Scr. j da n decocto, Matricariæ, sabinæ aut ili.

Aliud.

R. Cinamomi, croci, borracis Scr. . Detur ex aqua arthemisiæ.

Aliud.

Arthemisia rubra cocta cum sem. edulæ in cerevisia expellit fœ. n & secund. Si addatur radix Arte-siæ, adeo efficax fit, ut etiam mor-um excludat, si non rite ad exitum positus sit.

Aliud.

R. Diptamni albi ʒ j. Croci ʒ ß. ulvis, cum ℥ iij calefiat aqua si-l cum pulvere & detur.

Aliud.

R. Maxill. lucij, saccari an. ℥ j. lap. specularis, macis an. ℥ ß. sint trita. Dos. ʒ ij.

Aliud.

Testiculi equi frustulatim concisi in furno siccentur, de polline siccatorum ad secundinas retentas jure quodam bibunt.

Aliud.

R. Confectionis Alkermes, pulv. testicul. equor. an. Scr. j boracis, trochisc. de myrrha an. ℈ ß. castorei Scr. j cum aq. arthemisiæ f. pilul.

Ad podagricos & quovis modo arthriticos.

Prosunt Hermodactili, Iva arthetica, betonica, &c.

Electuarium arthriticum Turqueti.

R. *Hermodactylorum*
Diagridij an. ℥ j ß.
Costi

Cumi

Cumini
Zinziberis
Carioph. an. ʒß.
F. pulvis, cribretur. Cum triplo mellis f. Electuarium.

Aqua Antipodagrica Thomæ Tantini.

R. *Cinamomi* ℥j.ß.
Nucis mosch. ℥j.
Maceris ʒij.
Galangæ ℥ß.
Garioph cinamomi an. ℥ß.
Croci ʒj.
Moschi gr. xv.
Perl. præp.
Corall. præp. an. ℈j.
Olei suc. ℈ij
Aquæ Lavend.
Cinamomi
Olei spicæ nardi
Juniperi an. ℥j.
Aquæ ros. ℥ij.

Contundantur contund. in pulverem, conjiciantur in Lag stanneam

4 menſ. capacem. Affunde S.V Men. j. In cinere leni in ſimul putreſcant ad 3. hebdomad. Deinde menſtruum colletur per linteolum. At fæces ſpecierum ex olluia ad ignem in cineres urantur & cinis eidem priori menſtruo injiciatur, & digerantur atque immacerentur. Tandem ſine fæcibus per linteum tranſmittes, & ediſtillabis in M. B.

Balſamum mitigans podagram primo ejus ſucceſſu.

R. Maſtichis, olibani, myrrhæ, Ammon. bdellij, opopon. mumiæ an. ℥ ij. tart. ℥ j ſs. Vitriol. lb j. Mellis lb. ij. Aq. vitæ lb. iiij. Deſtilla per alembicum. Cum autem malum ingruit, locus penna aſpergatur, & quieſcat æger.

Ad Pod frig. expert.

R. Catum rubrum & abſcinde caput: cum viſceribus minutim inciſum & lotum: Anſerem pinguem opti-

optimè deplumatum. Pone frusta cati in ventrem anseris, & in veru ad ignem dum torrent, excipiatur pinguedo tota in vase terreo; quâ ungantur juncturæ ad ignem leniter.

Ad luem veneream.

Prosunt Guajacum, sassafras, sarsaparilla. Inprimis & ante omnia Mercurius & quæ ex eo fiunt, ut Aquila alba, Mercurius vitæ, &c. nec tantùm ad hunc morbum, sed etiam ad Lepram, podagram, &c.

In lue venerea usitata est decoctio Guajaci aliquot septimanis bibita, item inunctio Mercurialis.

Pulvis probatiß.

R. *Sarsæparillæ ℥ xj.*
Senæ oriental. ℥ iij.
Rhabarb. elect. ʒ iij.
Zingib. ʒ j.

Omnia pulverisentur subtiliter, & per setaceum trajiciantur. Dos. ʒ ß. cum vino vel jure. Pro præserva-

tione usurpari potest bis in hebdomada temporibus congruis, & factis purgationibus universalibus.

Vinum sanctum ad omnes morbos frigidos, paralyticos, cacochymicos, & maximè ad Luem ♀ inveteratam.

R. *Vini albi opt. lb. xv.*
Ligni Guajaci recentis
Sarsaparillæ an. ℥ ij. ß.
Folia senæ mundatæ ℥ iij.
Polypodij quercini ℥ ij.

Omnia conquassata simul infundantur in matracio vitreo. Digerantur in fimo 24. horas. Ex hoc singulis diebus manè ℥ viij. & sero ante ingressum lecti tantundem capiat. Exerceatur validè nec est opus, ut semper domi in claustro hæreat.

Ad ULCERA.

Aqua vitæ in omnibus ulceribus detergendis & glutinandis mirabili experimento valet.

Aqua

Aqua ſanans radicitus.

R. Aq. roſ. ℥ jß. ♀ ♎ ti quantitate ...iſi.f. Lotio Poſtea cum emplaſtro de ...unio curetur.

Ad ulcera Crurum.

R. Lixivij antiqui q. ſ. in quo pone ...alis & aluminis roch. an. ℥ ij. Salviæ ...ug. x. & bulliat donec Salvia fuerit ...octa, & fac balneum manè & ſerò ...er 8. dies deinde cum linteolo exſic...entur crura, & ſuperponatur hoc ...nguentum.

R. *Minij*
Maſticis ℨ *j.*
Aquæ vitæ
de Camphora an. ℥ *j.*

Miſc. omnia ſimul. Deinde ma...de fiant petiæ, & ſuperponantur per 8. dies.

Ad Cancrum.

Ex Arſenico quæ fiunt vide ſupra lib. tertio.

Ad præcautionem & Curationem Cancri.

R. Millepedes lotos in vino albo q. s. siccentur in furno & pulveris. R. dicti pulv. ℥ ij. spec. diamarg. frig. vel diarrh. abb & triansantal. an. ʒ ij. saccari rosati quadruplum omnium. Capiat cochl. j. magnum post usum pilularum convenientium. Item succo lappæ minoris lavetur ulcus aut Cancer, ne crescat, impediet.

Ad Cancrum pulvis exper.

R. Arsenici pulveris. ut alcool. part. j. rad. Aronis pulverisatæ part. iij. fulig. camin. parum. Misc. exactè, donec prædicti pulveres fiant grisei. Quo vetustior pulvis, eò melior.

Ad Fistulam.

R. Rad *Valerianæ*
Tormentillæ
Gariophillat.

Herb.

Herb. *Betæ rubræ*
Alsines rub.
Parietariæ
Galangæ
Redoariæ
Baccarum lauri ana.

Coque in vino unâ & alterâ ebullatione. Deinde quotidie exhibeatur patienti bis, ter vel quater Cochl. j.

Ad vulnera.

Potio vulneraria. R. Centaur. pirolæ, saniculæ, betonicæ an. M. j. Consol. regalis M. ss. Agrimon. M ij. Coque in vino.

ALIUD.

R. *Rad. Angelicæ ℥ ß.*
Mumiæ ℥ j.
Spermatis ceti ʒ ij.
Iuglandium ℥ ij.
Consol. sarracenicæ M. ij.
Ciclaminis ℥ ij.
Pirolæ utriusq; an M. iij.
Vini q. s. & aquæ tertiam partem. Coque in cantharo.

Aliud.

ALIUD.

R. *Granor. Juniperi tusorum lb. iij.*
pirolæ utriusq; matrisilv. rad. fœnicul. alb. an M. j. ß.
Ophiogloss. M. j. ß.
Consolæ major.
Aristolochiæ an. ℥ v.
Persicariæ ℥ v.

Destilla omnia secundum artem.

Pulvis consolidans vulnera 24. horis.

R. Corall. rub albi, olibani, myrrhæ, aristol. rotund. gall. parv. baccar. lauri, fol. viol. an. part. æq. omnia siccentur ad umbram f. pulv.

Ad sanguinem coagulatum in casu ab alto.

Aqua cærefolij bibita prodest.

Carbones ex ligno querno in vino sumti.

ALIUD.

R. Rhabarb. ʒ j. Mumiæ gr. 8. cum vino albo q. s.

Aliud.

Aliud.

R. *Carbonum tiliæ,*
Oculorum Cancri,
Herb. cærefolij an.
F pulvis Dos. ʒij. cum aceto.

Aliud.

R. *Rhabarbari ʒß.*
Rubiæ tinctorum
Mumiæ an. ℈j.
Terræ sigillatæ ℈ß.
Aq. Scabios.
bugloss.
Vini granatorum an. ℥j.

Aliud.

Propinetur Sulphur vivum magnitudine fabæ in vino calido.

Pulvis prohibens apostemata ex casu ab alto.

R. *Boli Armeni*
Mumiæ
Terræ sigill. an. ʒj.
Rhabarb.
Rubiæ tinctorum an. Scr. ij.
f. pulv.

f. pulv. Dos. ℨj ß. cum aq p'antag, & parum vini granat.

Vel:

Stercus ovillum in aceto maceratum & trajectum per linteum.

Aliud.

R. *Mumiæ*
Sperm Ceti
Rhabarb. an. Scr. j.
Aq. flor. tiliæ ℥ *iiij f. Haustus.*

Aliud.

R. *Rhapontic.* ℥ *j.*
Spermat. ceti
Mumiæ an. Scr ß *f pulvis in aqua Cærefolij vel Scabios.*

Pulv. mirab. ad casum.

R. *Mumiæ* ℨ *iij.*
Rubiæ tinctor. ℨ *ij.*
Rhabarb. ℨ *j.*
Ocul. Cancri ℨ *ij.*
Spermat. ceti,
Sang. hirci an. ℨ *j.*

Nastu,

Naſturtij
Ammoniaci an. ℥ *jß.*
Boli Armeni
Terræ ſigill.
Carab. an. ℥ *ij.*
f. pulv. Doſ. ʒ *j. cum aceto vel aqua Cærefol. f. Hauſtus.*

Aliud Pulvis.

R. Rad. rhabarb. el. ℥ ij. Mumiæ ʒß Laccæ rub. ſpermat. ceti an. ʒ j. boli Armeni, terræ ſigill. an. ʒß. rad. hirundinariæ ʒ iij. Miſc. f. pulvis.

Vnguentum potabile.

R. *Butiri recentis non ſaliti* lb. *iij.*
Rubiæ tinctorum
Caſtorei
Sperm. ceti
Rad. tormentill. an. ℥ *j.*
Bulliant ſimul in vino odorifero. f. unguentum.

AD AMBVSTA.

Spuma calcis in aqua exſtinctæ, & cum ol. communi excepta:

Deco-

Decoctum corticis medij ulmi pro lotione.

Unguentum rof. cum unguento albo.

Aqua ſpermatis ranarum optima eſt.

Lardum in fruſtula diviſum in veru ad ignem, interpoſitis folijs hederæ terreſtris exſiccatæ coquitur; & ubi liquor ex toto ſtillavit, accenditur ignis in illis reliquijs, ac cinis horum liquori miſceatur, omniaq; benè agitentur, & tandem colatura uſui ſervetur.

Aliud.

Fruſtulum calcei antiqui incendatur, & ejus pinguedo in aq. frigidiſſ. exſtillare permittatur, eâq; pinguedine collecta in aq. roſ. diu multumque agitata f. Inunctio.

Aliud.

℞. *Calcis vivæ novies lotæ,*
Tutiæ Alexandr. an. ℥ ij.

Album

Album. ovor. num ij.
Ceræ rec. ℥j.
Misc. & cum oleo ros. q. s. F. Ungv.



CONCLUSIO.


ATque hæc ista sunt, Lector Candide, quæ hoc tempore candidè tibi communicare voluimus in miraculis Chymicis & mysterijs Medicis. Quem titulum huic operi non inaniter præfixum deprehendes, si attentiori animo totum hunc libellum nostrum percurras. Utinam stimulus hîc sit alijs in lucem emittendi quæ nimis secretò tenent cum damno humanorum corporum. Nihil enim adeò carum esse debet homini, quod non hominis caussâ facere debeat; ne soli sibi natus esse dicatur, & talen-

tum sibi commissum humi servasse. Quocirca his fruere amice Lector, & laboribus nostris fave.

FINIS.



DEO



TYROCINIUM CHYMICUM

JOANNIS BEGVINI.

DEO OPT. MAX.

omnium bonorum Autori, hoc qualecunque Opus ſicut & me, & mea omnia, dedico, libo, voveo: Cui omnis laus, virtus, & poteſtas in omne ævum, Amen.

I THEO.

THEOPHRASTUS PARACELSUS LIBRO *de tinctura Physicorum*,

Cap. 1.



ISCENDÆ primùm digestiones, destillationes, sublimationes, reverberationes, extractiones, solutiones, coagulationes, fermentationes, fixationes, & omne quod ad opus hoc, instrumentum requiritur, cognoscendum est usu: prout vitra cucurbitæ, circulatoria, vasa Hermetis, terrea vasa, balnea, furni ventales,

les, reverberatorij, similesque alij, nec non & marmor, carbones atque tenacula. Sic demum in Alchymiâ, medicinâque proficere poteris.

Quamdiu autem per phantasiam & opinionem fictitijs libellis adhęresces, ad horum nullum aptus & prædestinatus eris.

EPIGRAMMA AD BENEVOLUM LECTOREM.

Quisquis es ô lector nostro tu parce labori,
Quæ sunt dicta modo, dicta fuêre prius:
Et quæcunque meo parvo sunt scripta libello
Ut mea non mea sunt, sic tua non tua sunt.

IN LIBRUM AD LECTOREM.


Plaude chorus Sophiæ: Colchos stat quassa dolore.
Quod rapiat Jason vellera mira novus.
Quod domat ignivomos, artis virtute Dracones.
Quod superat Tauros, dentisatosq; viros.

Plaude

Plaude ſolum victor ſpoliis de vellere Jaſon,
Preſſus adeſt, pandens mira ſecreta Sophis.
Mira loquor: lector non tu miraberis ipſe,
Cur noſtrum feriant ficta vetuſta caput?
En novus hic Autor, Jaſon, vellusq; libellus,
Quod rapuit Colcho ſcilicet invidiæ.
Aſpice theſauros tenuit quos invida Colchos,
Quos Draco, quos Tauri, quos tenuêre viri.
Cinxit at his gryphis Chymiam, Sphynx docta vetuſtas,
Ut niſi non longo nota labore foret.
Quam nunc detectam præſenti perſpice libro,
Et gryphi latebras Alchimiamq; ſcies.

Sis moneo gratus, nec rodas dente canino:
Ne redeat Chymiæ fabula prisca loco.

Gasparus Jeschky M. D.



AD INVIDUM
ἐπίγραμμα.

INvide dum strenuum hunc petulanti dente laborem,
Rodis, opus nullâ quod juves arte facis.
Si tamen hæc, meliore velis ditare Minerva,
Quæ spernis, tibi res plena laboris erit.

Andreas Ferronus Clariacus Agennensis. M. D.

AD AUTHOREM.

Dum tua te laudat doctrina, scientia, virtus.
Ars quoque vult laudes enumerare tuas.
Huic natura suis (mirum:) conatibus obstat:
Ipsaq; vult nomen concelebrare tuum.
Exoritur bellum; quævis benefacta recensens,
Te canit auctorem, te canit utra patrem.
Jure ejus laudes, Ars inquit, pando per orbem:
Eruta quod tenebris luce nitesco nova.
Seclaq; cum fuerim gryphis per multa sepulta;
Me novus Hermetis donat honore labor.
Me Sophus obscuro velo velavit, iniquus
Impostor fucis: hinc ego crimen eram.

Ast explanato redit ecce ænigmate nostra
Gloria: cum velum, fucus & omnis abest.
Has Natura suis cum voces auribus hausit;
Exclamat: non est gratia nostra minor.
Nam mea distracto spectatur corpore virtus,
Quæ rursum juncto, vis mihi major inest.
Lanx igitur nostras cum laudes ponderet æqua,
Stet quoque jam simili gloria nostra gradu.
Nam tua nos clari cantabimus acta laboris:
Cum statuet Medicus digna trophæa malis.
Plaude decus Chymiæ, Naturâ ac Arte coruscans:
Laude mica, dum nos, dum tua scripta micant.

TYRO-



TYROCINII CHYMICI,

LIBER PRIMUS.

Caput I.

De definitione Chymiæ.



Hymia est ars corpora naturalia mista solvendi, & soluta coagulandi, ad medicamenta gratiora, salubriora, & tutiora concinnanda. *Chymia quid.*

Etymologia vocabuli Chymiæ. Chymię vocabulum Gręcum est, Latinis idem, quod ars liquorem faciens; aut res solidas in liquorem solvens: dicta ita κατ' ἐξοχὴν, quòd Chymia solvere (id quod difficilius) & coagulare doceat. *Unde dicatur Alchymia.* Alchymiam si quis nuncuparit; Arabum more præstantiam ejus: si Spagyriam; præcipua officia, συγκρίνειν nempe & διακρίνειν: *Unde ars Hermetica.* si artem Hermeticam, autorem & antiquitatem; si Destil- *Unde destillatoria.* latoriam; functionem ejus præclaram & facilẽ principem insinuet.

Chymia est Ars. Cum autem omnes disciplinæ vulgò sint vel theoricæ vel practicæ: Chymia non acquiescens in cognitione & contemplatione corporum mistorum, ut Scientia Physica: sed finem habens τὸ ἔργον seu πρᾶγμα, magisterium scilicet, tincturas, quintas essentias & similia: meritò ipsi locus inter practicas disciplinas & artes conceditur: etiamsi fortè inveniantur, qui theoriâ solâ contenti ad jucundissimas ar-

tis


tis hujus ἐγχειρήσεις, vel magiſtris idoneis deſtituti, vel gravioribus alijs negotijs impediti, per accidens ſe non accingant.

Objectum artis hujus, corpus miſtum concretumque ſtatuitur, non quâ illud eſt mobile, ita enim Phyſicæ conſiderationis eſt: verùm quatenus eſt ſolubile & coagulabile. Talia autem ſunt vel imperfectè mixta, ut ros, grando, nix; vel perfectè mixta, ut plantæ, frutices, metalla, lapides, arbores & animalia omnis generis. Unde apparet: quàm graviter illi hallucinentur: qui audito Alchymiſtæ nomine, ſtatim ſibi hominem imaginantur, qui nihil tractet aliud, quàm metallorum μεταμορφώσεις, nihilque meditetur, quàm mirabile lapidis Philoſophici μυστήριον. *Objectũ Chymiæ.*

Finis ejus eſt, medicamentorum ſuaviorum, ſalubriorũ & tutiorum præparatio: atque hac ratione Ars noſtra à Pharmacopœâ vulgari, *Finis Chymiæ.*

quæ etiam medicaměta concinnat, tuta quidem & ſalubria, ſed minùs grata diſtinguitur. Nam quod ad ſuavitatem attinet: in confeſſo eſt: ægrotum citiùs parum conſervæ roſarum, cui grana fortè quatuor Mercurij per inferiora tantùm purgantis, commixta ſint, aſſumturum quàm multas Diacatholici drachmas: citiùs pillulam unicam benedictam Quercetani, vel duas ex Electuario Panchymagoga ejusdem cōformatas, quàm decem vel quindecim pillularum Sine quibus, Aurearum, Fœtidarum: citiùs grana quatuor Bezoartici mineralis celeberrimi Hartmanni, vel octo Antimonij Diaphoretici Crolij, quàm potionem aliquam ſudorificam: citiùs juſculum cremore aut magiſterio Tartari cōditum, quàm hauſtum agoniſticum apozematis, ſyrupivé alicujus magiſtralis, ad deſcriptionem, neſcio, quot pedes longam laborioſè cōfecti. Fieri tamen pote-

Medicamenta Chymica ſunt vulgaribus ſuaviora.




poterit: ut quandoque ejuſmodi pocula & canthari medicamentorum vulgarium ſuavitate Chymicâ longè ſuperent: nimirum tunc, cum nonnulli ægrotantium, allatis illis & nondum manu prehenſis, ſolâ ſaporis & odoris eorum nauſeabundi imaginatione, non vi aliquâ magneticâ concitati, ἄνω καὶ κάτω vomunt & deijciunt: id quod medicamentis Chymicis præſtari hactenus non potuit. At inquiunt: triumphent ſanè Spagyrici remediorum ſuavitate: referant autem recepto more præparata in pharmacopolijs medicamenta, laudem ſalubritatis & curationis tutioris. Hîc Rhodus, hîc ſalta. Nam dicunt: veſtra remedia non modò noſtris non ſunt ſalubriora & tutiora: cùm ne quidem ſatis ſint ſalubria & tuta. Pleraque enim veſtra ſunt venenata, & naturæ humanæ planè aduerſa: utpote metallica & ex mineralibus deſumta: pleraque acria,

corrosiva: pleraq; calidiora, quàm ut conveniant, & grave ἐμπύρευμα redolentia. Gravia hæc sunt tela, & Chymicorum jugulum petitura, nisi rationis & experientiæ clypeo excepta dextrè elidantur, Negari equidem haud potest: multa nostrorum medicamentorum, è mineralium & metallorum familia petita esse: sed propterea non venenata, non humanæ naturæ prorsus infesta. Quodsi enim veteres ijsdem omnibus, sed crudis & non præparatis, sicut ex Galeno, Dioscoride, Antidotario Nicolai Myrepsici & alijs videre est: & recentiores quidam famosissimi Medici, uti Rondeletius, mercurio crudo in pillulis Barbarossæ, ad morbum Neapolitanum expugnandum; Crato trium Cæsarum Medicus felicissimus, cinabari ad vertiginem; & alij Antimonio, ut Cardanus, Julius, Alexandrinus, Matthiolus; Vitriolo Gesnerus; Croco Martis ad icteros

Medicamēta Chymica non sunt venenata & humanæ naturæ adversa etiamsi metallica.

Fallo-



Fallopius; Sulphure universi ad pulmonum affectus usi sunt: cur nobis eadem recte præparata & omni venenosâ malignitate exutâ, in usum medicum transferre non liceret? præsertim cum videamus eos: qui vulgaribus Pharmacopolarum medicamentis firmam sanitatem recuperare non potuerunt, suasu ipsorum Misochymicorum ad thermas metallicas aut fontes minerales ablegatos, eorum usu continuato perfectè fuisse curatos. Unde sanè conijciendum est: in ejusmodi mineralibus & metallicis, balsamum quendam fixum spiritusque potentissimos & corruptioni minimè obnoxios conclusos esse. Id quod ex usu etiam medicamentorum Chirurgicorum conspicuum: ubi vix ullum magnarum virium est, nisi cui vel metallum vel minerale aliquod sit commistum. Absit autem: ut ea cruda, seu veterum seu recentiorum quorundam more, in-

Vera medicamentorum malignorum correctio.

tra corpus propinanda esse censeamus. Utile ab inutili separandum: venenum à mumia salutari: nucleus & medulla à corticibus, putaminibus, siliquis & fecibus secludenda. Sic demum exinde apta remedia ad deploratissimos quosque morbos citò, tutò & jucundè curandos, si à medicis doctis, expertis & circumspectis, & ad præscriptas Therapeiæ leges adhibeantur, exsurgent. Sic Vipera, venenatissima bestia ritè præparata basin Theriacæ, alexipharmaci illius universalis, tot seculorum experientiâ comprobati, constituit. Sic ex serpentibus vulgaribus tam προφυλακτικὸν quã θεραπευτικὸν certissimum, contra omnis generis venena, vulgò nunc parari, quotidie videmus. Sic Draco marinus, quem Galli *la vive* nuncupant, in dorso spinam habet; quâ segregatâ, cibus exinde paratur delicatissimus. Eâdem planè ratione & fossilia ad eam mediocritatis natu-

[for]mam reduci possunt: toto in partes [c]onstituentes resoluto, qualitatibusque malignis & fatum accelerantibus auerruncatis: ut certo certiùs sit: eos, qui talibus legitimè [p]ræparatis ritè utuntur, non tàm [in]ternecinum hostem, quàm benignum hospitem; non tàm venena, [q]uàm alexipharmaca & morborum [ἀλε]ξοτόμους in vitæ suæ penetralia [a]dmittere. Nam si metallorum & [m]ineralium venenositas à forma [e]orundem dependet: quis non videt: si ea in tria sua principia, artificio chymico consumantur, omnes qualitates lethiferas ablatum [ir]i? Et si in parte aliquâ constituen[te] malignitatem stabulari opineris, [qu]antò faciliùs intelligis: toto in [p]artes suas diviso: illam segregari [p]osse. Atque hoc modo instituta [mine]ralium medicamentorum correctio: quàm salutaris sit, infinitis exemplis: nisi ea nota esse arbitrarentur, comprobari posset. Desinant

igitur

igitur Misochymici, à mineralium & metallorum usu, intra corpus exhibendorum abhorrere, & nescio quam ἰλίαδα τῶν κακῶν ex eo repullulantem temerè pertimescere: quin potiùs discant à Chymicis verum malignitatis remediorum, quibus veneranda antiquitas usa est, (puta. Antimonîj, Mercurij, utriusque Hellebori, omnium Tithymali specierum, Pytyusæ, Elaterij, Colocynthidis, Euphorbij, Thapsiæ, Scammonij, Thymelææ, lapidis Lazuli & Armenij, AEris scoriæ, Sandarachæ &c.) malignitatis, inquam, perdomandæ modum: qui fit corporis heterogenei in suas partes ἀνατομίᾳ; non autem consuetâ Mastiches Dragacanthæ, Spicæ, Cinamomi aut similium additione. Nam qui ita medicamentorum simplicium qualitates venenatas dispellere & infringere satagit: næ ille similis videtur cocis imperitis & stolidis: quibus si carpiones desquaman-

...mandi & evifcerandi effent: a-
...arorem bilis, felleâ cyfti fortè
...rtuna pertusâ, non eluendum aut
...gregandum; fed facharo melléve
...ldito obtundendum effe conten-
...erent: aut fi ijdem inteftina ani-
...alium in alimentum hominum
...æparare deberent: nec ea ab ex-
...ementis fordidis & fætidis mun-
...nda effe; fed vel ambrâ additâ, o-
...lifvé odoriferis affufis, coquenda,
...ultè judicarent. Porrò Spagyrica
...on videntur falubria effe & tuta,
...nia acria & corrofiva, ignifq; vio-
...ntiâ magis cauftica reddita, &
...nia impreffum ἐμπύρευμα redo- *Chymica remedia sunt falubria & tuta licet acria.*
...nt. Verùm fi acria, fi corrofiva in-
...a corpus non recipienda: Deus
...one, quanta medicamentorum co
...â è vulgaribus Pharmacopolijs eij-
...enda? quantus eorum numerus
... Antidotarijs expungendus? quot
...ondimenta è culinis removenda?
...antharides à Galeno inter medi-
...menta exitialia, quòd per erofio-
nem

nem interimant, numerantur: & tamen parcè ſumtæ, & quibus oportet, commixtæ, τοῖς γιδουλειβουσι & diureticis, vehiculi loco, ab eodem conceduntur. Vitriolum quàm corroſivum ſit; omnibus conſtat; & tamen in laudatiſſimam antidotum Theriacam recipitur. Allium, cæpe, ſinapi, naſturcium, quàm acria? & tamen quotidie ijs inter epulas uti non reformidamus. Limonum, Citriorumq; ſuccus, firmiſſima Perlarum & Corallorum corpora diſſolvunt; & tamen cum in extremâ virium imbecillitate, Cardiacum efflagitatur, nullum eô præſentius & præſtantius vulgò propinatur. Ergò nec Chymicorum remediorum acrimonia & vis cauſtica metuenda: præſertim, cùm multa ſint forinſecus corrodentia, quæ intrinſecus cùm ob majorem interaneorum repugnantiam & vegetum caloris nativi robur; tum ob humores noxios in ventriculo ſtagnantes, pari ratione

ne vires ſuas explicare non poſ-
nt. Accedit: quòd ſicut nec inte-
os manipulos ſalis devoramus,
c aliquot libras ejus in iuſculis,
l fortè pugillum unum diſſolvi-
us, parumque aceti & aromatum
cibos condiendos adhibemus;
cùm neceſſitas Medicos Spagy-
ros, ad medicamenta acria uſur-
nda compellit: guttam granum-
unum aut alterum; nec ſola, ſed
oneis liquoribus permiſta exhibe-
t. Imò acerrima quævis ita e-
lcorari poſſunt: ut omnem acri-
oniam deponant: quod ex aqua
rti & regia, ſi Tartari Salijs com-
iſceatur, manifeſtum evadit. De
is contagio, quæ obijciuntur: a-
ò vana ſunt & friuola, ut ne qui-
m refutatione egere videantur.
e enim Galenus cap. 18. de The-
ca ad Piſonem, ignem multa ef-
re meliora, & interdum laten-
a rerum naturam detegere, quæ-
m etiam, quos volumus in uſus,

Medicamenta Chymica non ſunt periculoſa propter acredinē ab igne contractam.

apta

apta reddere, expreſsè ſcribit: unde
etiam idem Elementum, titulo Ma-
giſtri artium, à Cicerone non im-
meritò inſignitur. Et ut taceam
quod Galenus metalla acria &
mordentia, ut mitiora reddantur
ignis examini ſubijciat: chalcitis
uſta melior exiſtimatur, quàm non
uſta: Balanus Myrepſica ſecundum
Meſuen vomitum movet, & ſimul
per aluum dejectiones enititur. Aſ-
ſatâ autem & humiditate ejus nau-
ſeabundâ ablatâ: ſola vis humores
per ſeceſſum expurgandi remanet.
Ita Mercurius ſublimatus, qui acer-
rimus exiſtit, ignis violentiam cum
Antimonio paſſus, ut in mitiſſimũ,
ita ſaluberrimum abit alexiphar-
macum. Sic ferrum, cum in crocum
Martis in reverberio calcinatur,
extremum flammarum calorem ſu-
ſtinet: nec tamen ipſi ea inprimi-
tur acrimonia, ut uſus ejus in hæ-
morrhagijs & alijs fluxibus non ſit
frequentiſſimus, non utiliſſimus.

Contr

contra aqua & oleum Cinamomi, quantam acredinem ſolo vaporis balneo acquirunt? quantam eodem vinum? Unde hoc? intelliges rationem: ſi, quare ſol induret lutum, liquefaciat autem ceram, idemque linteamina albefaciat, faciem verò denigret, perpenderis: Falleris igitur: ſi Spiritus Vitrioli acrimoniam ab externo calore contrahi: ſi oleum ſalis ab igne reverberij, eadem inſici exiſtimas. Niſi enim Sales mixto inſint: etiamſi violentiſſimo igne illud exerceas: nunquam tamen ei tantam acredinis ſtigmata inures: Et contrà, licet moderatiſſimo in quibusdam calore utaris: ea tamen ob ſalium præſentium vim, acriora redditum iri ne dubites. Cæterùm ἐμπύρευμα medicamentorum Chymicorum tanti momenti non eſt: ut Medicis practicis eo nomine exoſa eſſe & periculoſa videri debeant. Si enim quoddam ijs veſtigium medicamentis inhæſit, id aut à calore

Vnde acrimonia medicamẽtorum Chymicorum.

Chymica remedia non redolẽt empyreuma.

lore


lore moderato, aut forti, originem suam sortitum est. Si ab illo: & propterea medicamenta Chymica evadunt noxia: cum nec esculenta, nec poculenta nostra, nec vulgaria remedia tuta erunt & salubria: cum ad ea paranda, major sępè ignis gradus requiratur, quàm ad medicamenta Chymica: quod patet ex coctione cerevisiæ: ubi hordeum primò valenti igne torretur: post majori coquitur: item ex quibusdam vinis Rhenanis, quæ ob salubritatem populis Septentrionalibus in omnibus ferè morbis, loco remedij sunt; & tamen ad veram maturitatem, non nisi ignis Elementaris beneficio perduci possunt: item ex piscibus assatis, carnibus fumo induratis & sexcentis alijs. Si verò ab hoc, igne scilicet violento: nec inde periculi quidquam ægrotantibus imminet: cum vel ablutione vel digestione corrigi possit: ut videre est ex cineribus: qui caliditatis suæ nota

Empyreuma quomodo corrigi possit.

notas ab igne communicatas, affusâ aquâ, in lixivium deponunt. Imò ablutio nimis crebrò repetita, purgantia quædam metallica & mineralia chymicè præparata, ad sentinam pravorum humorum exhauriendam, inepta reddit. Digestione autem quàm omnia dulcescant: notius est, quàm ut exemplorum inductione, ad id comprobandum, opus esse videatur. Quòd si autem fortè per Empyreuma intelligis; quando vel calor potentialis, qui in misto latebat tanquam sub carbonibus, igne violento in actum producitur, & liber jam ab omnibus compedibus potentiores exerit vires; vel quando calor, qui hinc inde dispersus erat, Vulcani beneficio unitur: nec hanc ob causam, seu Empyreuma, seu calor nimius metuendus: cum Medici officium sit: calidis eiusmodi dextrè uti, sicut & alijs, quæ si imprudenter adhibeantur, ægrotis nocumentum al-

Præparatio nō reddit medicamenta chymica inutilia.

latura videntur. Sed instant Misochymici & gravius nos urgent: dum prætendunt nostra medicamenta esse inutilia: quia emortua & ex mistis destructis, corruptisque orta, humidoque primogenio destituta. Verùm enimverò, si mistorum corpora non solvenda, vel ut ipsi odioso vocabulo utuntur, non destruenda: cur isti mistionis harmoniam turbant? cur infusiones, decoctiones, sirupos igne violento parant? cur assationibus, cur tostionibus, cur destillationibus, cur diagridio, & non Scammonio integro? cur trochiscis Alhandal & non colocynthide ipsimet utuntur? cur in extrema virium imbecillitate, destructo capone, hoc est aqua ejus stillatitia, ubi certè omnis κρᾶσις & μίξις totius perijt, ægrotos jam animam quandoque exhalaturos, nutrire præsumunt? An quia Naturam hac in parte imitati volunt: quæ cibos in ventriculum ingestos,



ſtos, non crudos & integros adhuc
exiſtentes, ad partes alendas deve-
hit; ſed deſtructos, hoc eſt, ab inuti-
libus & craſſioribus partibus denu-
datos, & in hepatis officinâ, in
quintam quaſi eſſentiam redactos.
Dicant ſi placet: an cum infantes ab
uberibus matrum adhuc penden-
tes, lacte earum, quæ inſuſo Rhabar-
bari, vel ſuæ, vel illorum valetudi-
nis gratia uſæ ſunt, purgantur: con-
centus, temperies & harmonia to-
tius Rhabarbari in lacte materno
preſſum data fuerit: an verò forma
huius mixti de ſubjecto ſuo in aliud,
& ex hoc rurſus in aliud translatâ,
& multas mutationes paſſa, ſalva &
integra permanſerit, atque ita ex
corpore humores pravos excluſe-
rit? Fortê hinc fit: quòd quidam
Miſochymicorum â caſeo & tum
butyro abhorrent: non naturali
quadam ἀντιπάθεια, ſed quod ob
concentum lactis deſtructum, for-


mam ejus & temperiem abolitam verentur, hæc & ſimilia alendo corpori eſſe inidoneæ. Deinde dum Chymica remedia, mortua cadavera nuncupant: humidoque primogenio ſpoliata eſſe contendunt: partim ſibi ipſis contraria; partim veritati non conſentanea loquuntur. Si enim ſceleta ſunt: cur alibi ea potentius agere, quâm humanæ temperiei mediocritas permittat aſſerunt? Deinde nonne neceſſe eſt: ut tàm animalia, quâm vegetabilia, vita illa qua ſibi vivunt, hoc eſt, nutriuntur, creſcunt & augeſcunt priventur: quò eſui & uſui hominibus eſſe poſſint? Nec enim ipſi Scythæ tàm barbari ſunt: ut licet carnibus vel crudis, vel curſu equorum concitatiori, ſub ephippijs ferueſactis veſcantur: vivas feras in os ingerere & deglutire velint. Ita etiam plantas, ſtirpes & frutices, ut in corpore humano vitales edere actiones valeant, mori oportet: hoc eſt, ex

Chymica remedia non ſunt e mortua cadavera.

ſolo

ſolo eorum nativo erui, ne exinde amplius alimentum pro vita ſua conſervanda attrahant, ſed ut ad hominum ſanitatem tuendam morboſque profligandos apta remedia ſuppeditent: id quod etiam herbæ & alia ita emortua, imprimis ſi legitima eorum ἐξάρθρωσις præceſſerit, intra corpus aſſumpta feliciter præſtant. Et ut experientiâ, certiſſimo veritatis, κριτηρίῳ, evincam vitam vegetabilium operationibus Chymicis non deſtrui, nec humidum miſtorum primigenium ijſdem abſorberi: certum eſt & multoties probatum: ſales herbarum præſertim calidarum; ſi certo quodam modo & nobis cognito ſeminentur: alias producere ſuæ ſpeciei herbas ut taceam ea quæ Quercetanus cap. 23, in reſponſione ad Anonymum, pro veritate Hermeticæ Medicinæ, ſtupenda & ſuſpicienda adfert exempla: Quid? quod in Arduenna & alijs multis locis deſertis, ſterilibus

& aridis, ut agricolæ æſtate, quod metere poſſint, habeant: dumeta, geniſtas & vepreta paſſim comburant, & cineres hinc inde per campos diſpergant, ut ſubactâ terrâ, ſale, beneficio pluviarum ſupercadentium ex illis elicito pinguefiat, ac lætas ſegetes poſtmodum, ex ſemine in terram projecto producat. Fungitur nimirum ejuſmodi cinerum ſal officio fimi, quo nunquam agri impinguari poſſent: niſi urinis & ſale animalium brutorum (eſt enim in ſale pinguedo, quod miremur, ut Plutarchus poſt Ariſtotelem in Sympoſiacis libr. 1. quæſt. 9. teſtatur) eſſet imbutus. Non tamen planè abnuerim: viventia quædam & nondum emortua rectè interdum adhiberi, ut gallus circa podicem deplumatus, ad venenum è carbunculis peſtiferis extrahendum: ut catelli ad ventriculum frigidum & imbecillum benigno calore & temperato extrinſecus fovendum: ſi
cu-



cut etiam non negarim integra interdum præſtare deſtructis: modò & ipſi fateantur: ſe non minùs deſtructis uti quàm Chymicos. Superest nunc ſcrupulus unus, qui multorum animos valdè torſit, diuq́; ſuſpenſos detentos remoratus eſt: quò minus in uſum Hermeticorum medicamentorum conſentire potuerint: nempè quod illa, præſertim ſi ſint metallica aut mineralia calorem nativum & ſpiritus ſubitò diſſipent, & in partibus principalibus funeſtas reliquias, malignum fermentum & pravam διάθεσιν relinquant: unde aliqui per accidens curati, & paulò poſt recidivam paſſi, maturius ex hoc mundo diſceſſerint. At immeritò remedia Spagyricè præparata eo nomine malè audiunt: cùm ſi fortè tale quidpiam ex uſu eorum accidat: id non tàm remedijs, quàm vel artificibus qui ea concinnarunt, vel Medicis qui ea exhibuerunt, imputandum

Medicamenta Chymica non imprimunt membris principalibus corporis pravam diſpoſitionem.


ſit. Notum eſt enim quantus ſit eorum numerus, qui illotis manibus, ad hanc artem nobiliſsimam accedunt: qui ex libris tantùm, non αὐτοψίᾳ artem hanc edocti, ſtibium & hydrargyrum ad ſanitatem hominis vel conſervandam, vel deperditam reſtituendam, audacter parare, & parata intra corpus exhibere non verentur. Talium Chymicorum præcipitatis, non mirum, ſi illi, qui his utuntur, in ſepulchrum præcipitentur: ſi eorundem Mercurijs vitæ, non vitam; ſed mortem &magno interdum precio emptam, quidam improvidi & valetudinis ſuæ prodigi, conſequantur. Deinde culpa tàm gravium accidentium non rarò in ijs etiam reſidet, qui dicta medicamenta propinant, quorum aliqui legitimum ipſorum uſum nunquam viderunt, aliqui planè indocti ſunt, ſtupidi, omnis methodi Galenicæ & Hippocraticæ ignari, quales ſunt Judæi & Agyrtæ
ſimiles

ſimiles, quibus religio non eſt, latronum more, de corio humano, pro libitu ludere. Non abſimili ratione & vulgaribus medicamentis, quæ ſunt potentiorum virtutum, utpote Scammoneatis, Helleboratis & ſimilibus dica interdum ſcribitur: quando à Pharmacopolis imperitis ſiniſtrè parantur; aut ab expertis dextrè conficiuntur; ſed præpoſterè ab empyricis uſurpantur; licet aliâs ex uſu eſſe poſsint, benè ſcilicet parata, & methodicè adhibita. Non eſt igitur: quod Medici docti & prudentes à Chymicorum medicamentorum uſu in poſterum abſtineant, cum ſi ea ab expertis artiſtis, inter quos in Gallia eminet Nicolaus Bonne Illuſtriſsimi Ducis Bullionæi in arce Sedanenſi Pharmacopæus, qui officinam habet ſelectiſsimis remedijs, cùm Galenicis, tùm ſpagyricis, præſertim verò Theriacis communi & eſſenſificatâ ad Quercetani leges ſoler-

tiſſimè & fideliſſimè præparatis inſtructiſſimam, conficiantur: omnis malignitas, ſi quæ ipſis ſuâ naturâ ineſt, miniſterio Vulcani auferatur: ut impoſſibile ſit ea poſſe, ſi methodicè uſurpentur, vel calorem nativum & ſpiritus, individuos animæ ſatellites deſtruere; vel pravam diſpoſitionem partibus principibus inurere.

Atque ita hactenus monſtratum eſt: quam vano & falſo prætextu, remedijs Chymicis, quaſi periculoſa, inutilia & peſtifera ſint, jus civitatis in republicâ Medicâ denegetur: nunc quod eadem ſint vulgaribus ſalubriora & tutiora evincendum eſt: quod quidem ex prioribus ſatis liquet: ſed tamen ut omnia melius dijudicari poſſint: pauca quædam pro noſtra aſſertione attexenda videntur. Salubriora igitur & tutiora ſunt arte Spagyricâ concinnata remedia, quàm vulgari modo præparata; quia in illis purum

Medicamenta Spagyrica ſunt ſalubriora & tutiora vulgaribus.



purum ab impuro, malignum ab alexipharmaco, corporeum à ſpirituali, inutile ab utili ſeparatum: ac proinde ventriculum ſuâ mole non moleſtant: nec operationes ſuas differunt; ſed citò cum morbis colluctari incipiunt, eoſque victas dare manus feſtinanter cogunt. Sic cerevisia defecata ſalubrior eſt non defecatâ: ſic vinum à tartaro ſuo depuratum, tutiùs hauritur; quàm vinum ex uvis recenter expreſſum: ſic cibi, ſecluſis â naturâ excrementis, poſt multas coctiones ſingula corporis noſtri membra nutriunt: ſic citiùs aqua cinamomi aut balſamus ejus, in lipothimijs, ſpiritus reficit; quàm ipſum cinamomum integrum: ſic guttæ aliquot olei anisi plus præſtant; quàm integræ ejuſdem unciæ. Vulgus autem præparationes omnes improbat, & integris uti mavult, quàm in principia ſua conſumptis; partim non ſufficientes aut convenientes adhibet,

unde non raró ægrotantes ob de-
voratas partes noxias excrementi-
tias & venenatas unà cum ſalutari-
bus & utilibus, expugnato morbo,
cum ſymptomatis graviorib. poſt-
modum ſupervenientibus, & ipſo
priori morbo periculoſioribus con-
flictantur. Deinde quis neſcit; aquas
Chymicas, odorem & ſaporem ve-
getabilium integrum referre: vul-
gares autem nihil aliud eſſe, quàm
phlegma inutile & aquas leviter
puttescentes: illasque multos an-
nos durare; has veró vix menſem
unum aut alterum. Et ſicut aquæ
vulgares Pharmacopolarum, extre-
mam malignitatem à vaſis plum-
beis acquirunt: ſic non minorem &
decoctiones eorundem, à vaſis cu-
preis: quæ eò deteriores adhuc eva-
dunt: quòd in earum præparatio-
ne, ſubtilior & melior pars in auras
evaneſcunt; & ſitu paullò pòſt con-
tracto corrumpantur, inutilesque
reddantur. Adhæc analeptica &
cor-

cordialia, quæ ex corallis perlisque in pulverem contritis & cribratis, necnon auro foliato præparantur, quas vires alias in corpore humano exerunt: nisi quod ventriculum incrustant, eumque aliàs languidum magis enervant? Contra quintæ essentiæ Chymicorum & magisteria ex ijsdem, ut & tincturæ auri absque corrosivo factæ, sicut in quovis liquore facilè solvuntur: ita soluta, & intra corpus admissa, vires collapsas restaurant & pristinum vigorem restituunt. Quid, quod medicaméta vulgaria in morbis chronicis, raró optatos sortiantur effectus: utpote ex vegetabilibus tantùm desumta, quibus radices affectuum contumaciorum firmiores funditùs exstirpari & evelli nequeunt. Chymica autem præsertim ex metallicis & mineralibus præparata, utpote potentiorum virium & majoris efficaciæ, incurabiles vulgò morbos, epilepsiam, lepram, quarta-

nam, podagrã, hydropem, ἡσύχως, ταχέως ϗ ἀσφαλῶς percurant. Nõ igitur abs re à nobis factum esse putamus: quod Chymiam, artem medicamenta gratiora, salubriora & tutiora cõcinnandi, in libelli nostri frontispicio definiverimus.


CAPUT II.

De solutione in genere.

Solutio quid. SOlutio Chymica est ἐργασὶη sive operatio, quâ corpus naturale mistum in tria sua principia, Mercurium, Sulphur & Sal, ex quibus à natura conflatum est, separatis heterogenijs, recluditur.

Sicut Aristoteles principia corporis naturalis verè statuit tria: Materiam, Formam & Privationẽ: licèt ea sint noëtica potiùs, quàm verè hypostastica: Et veluti Galenus quatuor elementa, ignem, aêrem, aquam, terram, pro principijs, etsi remotis, haud abs re adstruit: ita Chymicus, artifex sensatus, sensibilium

Tria sunt principia Chymica.



lium corporum tria asserit principia sensibilia & proxima, Mercurium, sulphur & sal: sequiturque hâc in parte ipsum Aristotelem, tertio de cœlo textu 61. quem locum Petrus Ramus ad nauseam usque in Scholis Acroamat. Philosophi superiùs allegatis principijs opponit: & post eum Kragius contra Peripateticos valdè urget. Per Mercurium autem, sulphur & salem non intelligendum est, quod ejusmodi mineralia ex mistis concretisque corporibus, beneficio ἀναλύσεως Chymicæ possint erui: qualia vulgò à mercatoribus venduntur: verùm sufficit: si sint talia, præsertim in vegetabilium & animalium familia, quæ mineralibus illis sint ἀνάλογα, & tantùm inter se differãt essentiâ, proprietatibus, & actionibus, quantum illa in suo genere minerali. *Quid per ea intelligendũ.*

Mercurius est liquor ille acidus, permeabilis, penetrabilis, æthereus ac purissimus, à quo omnis nutri- *Mercurius.*

catio

catio, ſenſus, motus, vires, colores, ſenectutisque præproperæ retardatio. Confertur elemento Aëris & aquæ: illi quidem, quatenus caloris vicinia alteratus facilè in auras abit: huic, quatenus videlicet ea difficulter proprio; facilè autem alieno termino continetur.

Sulphur. Sulphur eſt balſamum illud dulce, oleaginoſum & viſcidum: nativum partium calorem conſervans, omnis vegetationis, accretionis & tranſmutationis inſtrumentum, odorum tum gratorum, tum ingratorum fons & origo. Aſſimilatur igni, propter flammam, quam facilè concipit: ut omnia reſinoſa & oleaginoſa alia: eique hoc peculiare eſt: quòd habeat vim leniendi & extrema contraria conglutinandi. *Sulphuris proprium.* Sicut enim numquam tenacius lutum confeceris ex aquâ & arenâ, niſi calcem aut aliquid glutinoſi commiſcueris: ita nec Mercurius; volatilis & ſal fixus coire in unam

ſub-

ubſtantiam tenaciter poſſunt, niſi vinculo & copulâ Sulphuris, quod utriusque principij particeps. Salis ſiccitatem & Mercurij liquiditatē, ſuâ viſcoſitate; Salis denſitatem & Mercurij permeabilitatem, mollì ſuâ fluiditate; Salis amaritudinem & Mercurij acciditatem dulcedine ſuâ contemperat.

Sal eſt corpus illud ſiccum, ſalſum, res miſtas à putredine defendens, mirabiles diſſolvendi, coagulandi, detergendi & evacuandi facultatibus pollens: à quo omnis rerum ſoliditas, determinatio, ſapores & aliæ infinitæ virtutes. Analogia reſpondet terræ: non quà hęc eſt frigida & ſicca; ſed quà elementum hoc eſt firmum, fixum, & generationis corporum omnium ſubiectum. *Sal.*

Sunt autem dicta principia, propriè loquendo, nec corpora; quia planè ſpiritualia, ob cœleſtium ſeminum influxum, quo imprægnata ſunt: *Principia Chymica inter corporis & ſpiritus naturam ambigunt.*


ſunt: nec ſpiritus; quia corporei: ſed inter utramque naturam ambigunt: varijſque nominibus à Philoſophis inſigniuntur, vel ſaltem his ad illa alluditur: ut ex ſequenti tabella videre eſt.

Sal	Sulphur	Mercurius
Sal cõmune,	Sal Petræ,	Sal Armon.
Acerbũ & amarũ,	Dulce,	Acidum.
Corpus	Anima	Spiritus
Materia	Forma	Idea
Patiens	Agens	Informans aut movens
Ars	Natura	Intelligentia
Senſus	Judicium	Intellectus
Materiale	Spirituale	Glorioſum.

Omne corpus miſtum poteſt in ſua principia tria dividi.

Verùm enim verò omne corpus miſtum in hæc principia, ſacro ternario (ita ſecundum Pythagoricos omne & omnia tribus terminãtur) conſtantia recludi poſſe & conſumi; etſi validis rationum momentis comprobari poſſet: tamẽ eas omnes evidentiâ longè ſuperat inſpectio ocularis: ac proinde exemplis, ex

vario



vario miſtorum genere deſumtis, omnem rem in tyronum gratiam dilucidabimus. Exordiamur autem à lignis viridibus, quæ ſi cremes: egredietur primò aquoſum quiddã, quod ignis flammæ concipiendæ planè inidoneum eſt, & in fumum converſum ſi colligatur, in aquam reſolvitur, (atque hac ratione è flammâ potum petere, non impoſſibile, diciturque Mercurius: deindè exibit oleaginoſum quiddam, facilè inflammabile, quod in vapores reſolutum, ſi cohibeatur, in oleũ abit, vocaturque Sulphur: tandem remanet ſiccum & terreſtre, quod ex cineribus, aquæ beneficio extrahitur, inque humido & frigore ſolvitur; calore autem concreſcit, Saliſque nomen obtinet. Ita lac ſubſtantiam continet ſulphuream butyroſam, deinde Mercurialem ſeroſam, & tãdem ſalinam caſeoſam. In ovis albumen Mercurium exhibet: vitellus Sulphur, pelliculæ &

puta-

putamina Salem, ita ex lini ſemine oleum elicimus expreſſione: aquam ab oleo ſeparatione: Sal ex fecibus relictis extractione. Pari ratione ex Garyophyllis, aqua Mercurialis præſtantiſſima, oleum Sulphureum excellentiſſimum, & ex fecibus ſal educitur. Sic Nitrũ in aquoſitatem diſpeſcitur, pinguedinem & ſalem. Non ſecus ex ~~ſale ma~~rino, producimus Mercurium γλυκύπικρον, dulces criſtallos ſulphureæ planè naturæ, & tandem ipſum ſal fixiſſimum. Ex Antimonio elicitur Regulus, qui ejus Mercurius: deindè rubrum ſulphur, flammam concipiens: & tandem Sal, qui vomitivus. Atque ſic de cæteris idem eſto judicium.

Nullum princi piũ planè ſimplex eſt.

Notandum eſt autem primò, nullum prædictorum principiorum ſimplex atque ſolum, quod de reliquis non participet, reperiri. Mercurius enim continet ſubſtantiam ſulphuream atq; Salinam: Sulphur ſubſtãtiam ſalſam & mercurialem

Sal verò substantiam oleaginosam & mercurialem. Deindè observandum etiam est: quod in spagyrica mistorum ἀναστοιχειώσει, præter priora tria commemorata principia verè activa, duo alia resultent corpora, quæ principiorum numero à Chymicis non adscribuntur: quòd illorum tantùm sint, quasi integumenta, omniq; δυνάμει Hippocraticâ destituta: quorum alterum siccum, Terra arenosa est, sive cinis elotus, vocaturq; Terra damnata & Caput mortuum, nullâ vi aliâ præditum, nisi siccante & emplastica, quodque facili negotio in vitrum abit: alterum humidum & accidentaliter aëreum, nempe phlegma insipidum & inodorum, quodq; tantùm humectat, citrà ullam aliam ἐνέργειαν aut activitatem medicam.

Caput mortuum & phlegma non sunt principia.

CAPUT III.

De Calcinatione.

Solutionis species duæ sunt: Calcinatio & extractio.

Calci-

Calcinatio. Calcinatio eſt miſti in calcem ſolutio.


A Gebero definitur: quod ſit rei per ignem pulveriſatio, per privationem humiditatis, partes conſolidantis. Per Calcem autem intelligunt Chymici, quemlibet pulviſculum tenuiſſimum, ablatione ſuperfluæ humiditatis (præſertim ex mineralibus) factum. Quando verò pulvis vel calx planè redditur inpalpabilis, ad ſenſum ſubtiliſſimus, inſtar tenerrimæ farinæ: tum Alcohol appellitant: hocque vocabulum etiam ad ſubtiliſſimum vini ſpiritum, ſæpiſſimè reiteratis deſtillationibus rectificatum, commodè exprimendum transferunt; eum Alcohol vini indigetantes.

Calx Chymicorum. *Alcohol.* *Alcohol vini.*

Fitque vel corroſione; vel ignitione.

Corroſio eſt miſti calcinatio, per res corroſivas.

Fit hæc varijs modis potiſsimum tamen quatuor: videlicet Amalgamatio-



mationè, Præcipitatione, Stratifi-
catione & Fumigatione.

Amalgamatio, eſt corroſio me- *Amalgamatio.*
talli, per hydrargyrum.

Fit: quando metallum, excepto
ferro, in tenues bracteas vel lami-
nas ductum, cum octo partibus plus
minus Mercurij commiſcetur, ut fi-
at maſſa undique ſui ſimilis, ad me-
talli unitatem ſolvendam. Hydrar-
gyro enim evaparato ſuper igne:
metallum inſtar tenuis calcis relin-
quitur.

Præcipitatio, eſt corroſio per a- *Præcipitatio.*
quas fortes.

Fit: quando corpora, liquori cor-
roſivo immergũtur, & poſtmodum
corroſa & ſoluta, vel aquæ fortis
abſtractione, vel alio modo, in cal-
cem repercutiuntur.

Stratificatio, eſt corroſio per pul- *Stratificatio.*
veres corroſivos.

Fit: cnm crucibulum, pixis, vel
olla metallo laminato & pulveri-
bus corroſivis repletur: faciendo

S.S.S.

S.S.S. hoc est, ponendo aliquid de pulvere corrosivo in pixidem, & huic supersternendo tenuem laminam corporis metallici, & sic pergendo, donec vas referciatur. Postea ponuntur carbones per circuitum, vel datur ignis reverberij, paulatim augendo, ut res postulat. Dicitur etiam.

Cæmentatio, eique affinis est.

Cæmētatio. *Cōmixtio.* Commixtio, quâ corpus corrodendum cum pulveribus corrosivis commiscetur, & igni postmodum admotum in calcem redigitur.

Fumigatio. Fumigatio, est corrosio metalli per fumum vel vaporem acrem.

Fit hæc varijs modis. In genere scire sufficiat: quod corpus metallicum in lamellas reductum, & per fumum calcinandum suspendatur; vel super aquas fortes, acetum, vel vaporem plumbi liquefacti, vel mercurij, vel similium rerum acrium: uti vulgo cerussam parare consueverunt.

Igni

Ignitio, est calcinatio per ignem. *Ignitio.*
Estque vel Cinefactio, vel Reverberatio.

Cinefactio, est ignitio, quâ corpora vegetabilia & animalia in cineres, igne violentiori rediguntur. *Cinefactio.*

Reverberatio, est ignitio, quâ corpora, igne vivo, in furno reverberij, calcinantur. *Reverberatio.*

Huc pertinet & DESICCATIO humiditatis nativæ, ut fieri solet in sale, vitriolo, alumine & similibus. *Desiccatio humiditatis nativa.*

CAPUT IV.

De Extractione.

EXtractio est species resolutionis, quâ corporis mixti partes subtiliores à crassioribus segregantur. *Extractio generaliter considerata.*

Estque duplex: vel generaliter; vel specialiter sic dicta.

Generaliter sic dicta, fit dupliciter: cùm ascensione & descensione; tum modo intermedio.

Eſtq́ue illa vel ſicca, vel humida Sicca ſublimatio; hæc Deſtillatio dicitur.

Subli-matio. Sublimatio, eſt extractio partium ſubtiliorum ſiccarum, per ignem in ſublime elevatarum, & vaſi adhærentium.

Fit: cum res ſublimanda præparatur, ut decet, nempe vel lotione vel calcinatione, toſtione, coctione vel ſimiliter; & poſtmodum vel ſola, vel alij materiei permiſta matulæ inferius rotundæ aut latæ, ut media tantùm ejus pars repleatur, imponitur, cumq́ue hac aludel extra fornacem in altum protuberans luto ſalſo conglutinatur: cui alembicus cæcus in medio vertice perforatus, ut ſpiritus humidi per foramen illud exhalare queant, ſuperſternitur. Datur poſtea ignis per gradus: oculusq́ue alembici, cum humiditas omnis expiravit, (id quod vel vitro vel lamina aliqua ferrea polita, quando ea adhibita

halit

al tu non amplius inficitur, animadverti potest) luto clauditur, ignisque ad spiritus in sublime pellendos intenditur.

Cum igitur secundum Geberum, sublimatio sit rei siccæ per ignem elevatio, cum adhærentia vasis: patet: quàm malè vulgô Destillatio & Sublimatio confundantur: & aquæ, quæ destillatæ sunt, sublimatæ vocitentur. Deinde notandum etiam est: quod hæc operatio Chymica, non novum sit inventum; sed & veteribus cognitum. Ita enim Cadmia paratur, teste Galeno & Dioscoride; & ex hac Pompholyx & Spodium, ijsdem testibus.

Destillatio, est partium humidarum in halitus à calore extenuatarum atq; elevatarum extractio. *Destillatio.*

Verum esse, quod Aristoteles 4. Meteor. dicit: μιμεῖται ἡ τέχνη τὴν φύσιν: id vel ex hac operatione praxeos Chymicæ vulgari constat. Sicut enim vapores ex terra, radijs

Solarib. in mediam aêris regionem subvecti, ejusque plagæ cœlestis frigiditate densiores factæ, in pluviam facessunt: ita & Chymicus artifex, ex rebus halabilibus & vaporabilibus, ignis ministerio, tenuium spirituum à crassioribus partibus separatione, & ad frigidas capitelli cameras elevatione, essentiam earum, formâ liquoris elicit: Sic in humano corpore, cum ἀναθυμιάσεις ex inferioribus partibus, in aëream microcosmi plagam, tãquam in alembicum efferuntur: ejus frigore, in excrementum pituitosum & mucosum condensantur: unde postea perennis ejus in nares, palatum, aut alias corporis partes fit destillatio & defluxio. Hinc fit: quod in ciborum elixatione, ollas operculo claudamus, ut quidquid vaporum in aquam concrevit, in suam originem postliminiò revertatur. Et quando dapum calorem fovere volumus: patinas, quibus eæ appo-

auntur, alijs cooperimus paropsidibus; unde vapores ciborum, ab illarum ἀντιπεριστάσεως frigida incrassati, globatim delabuntur.

Estque Destillatio, pro diverso vasorum positu, ut alias multas differentias taceam, vel Recta; vel Obliqua. Illa fit per alembicum aut vesicam; hæc per retortam, in rebus præsertim spiritus contumaciores foventibus.

Huc pertinent Rectificatio & Cohobatio.

Rectificatio, est repetita liquorum destillatio ad eos magis purificandos & exaltandos. Perficitur tamen hæc etiam quandoque Digestione. *Rectificatio.*

Cohobatio, est destillationis rei iteratio, quâ liquor destillatus rursus fecibus reaffunditur, & denuo destillatur. Fit autem fecibus priùs tritis, & humore, paulatim ut macerentur, imbutis. *Cohobatio.*

Extractio generaliter sic dicta,

quæ fit descensione, est duplex: vel calida; vel frigida.


Destillatio per descensum calida Calida est, quâ partes subtiles à grossis per descensum, mediante igne, separantur. unde etiam destillatio per descensum dicitur, & in picis confectione adhibetur: cum exstrue tædarum concisarum, obstructis undique spiraculis, igneque intra acervum succenso, pix defluit ut videre est apud Plin. & Matthiol. qui operationem hanc exactè describunt.

Frigida est, quà per descensum absque igne, partium subtilium à crassioribus fit separatio.

Estq; vel Filtratio, vel Deliquium.

Filtratio. Filtratio est, quâ humores aquosi per tritorium, aut chartam emporeticam, in modum infundibuli cõvolutam, aut manicam Hippocratis, laciniam, aut simile quiddam, relictis in filtro aut vase, partib. crassioribus, percolatur.

Deliquium. Deliquium est, cum immunda calce



calces, ſales, & ſimilia liquabilia, ſeu per ſe, inclinatæ tabulæ marmoreæ aut vitreæ imponuntur, vel ſacculo incluſæ ſuſpenduntur: ut in aêre vapido tabeſcentia, purum ſuccum emittant. Fit tamen interdum: ut nulla fiat partium ſegregatio per deliquium, uti quando ſales repurgati aut ſimilia in cellam aut alium locum frigidum humidum collocantur, & ab humiditate externa, quæ in ea promtê ſe inſinuat, in liquorem, qui in ſubjectum vas deſcendit & defluit, reſolvuntur.

Extractio, quæ fit modo intermedio, eſt qua rerum liquidarum vel ſiccarum humectatarum partes puriores ab impurioribus, ſine deſtillatione & ſublimatione ſeparantur.


Species illius tres ſunt: Digeſtio Putrefactio, Circulatio.

Digeſtio eſt, quâ res calore digeſtivo, ad modum naturalis cibo- *Digeſtio.*

rum digestionis in ventriculo, co-
quuntur sive maturantur.

Qua ratione enim ventriculus calore suo moderato, cibos crudos exceptos digerit, & in Chylum concoquendo transmutat: ut seclusis fecibus & in intestina amandatis, ex illo ab hepate, benignioris puriorisque substantiæ fiat extractio: ita etiam per calorem cuivis rei competentem, Digestio subtilia à grossis separat; quæ crassa sunt, incidit & attenuat: quæ cruda, coquit: quæ acerba, mitigat ac edulcorat: adeoque omnia taliter elaborat: ut ex digestis copiosior semper essentiæ messis speranda sit.

Administrationem ejus, doctissimus Libavius describit hunc in modum. Res digerenda vasi tanquam ventriculo includitur, undique stipatis accessibus, nisi cum divaporatio est conjuncta, ut in empyreumatis correctione, coagulatione & similibus. Tunc enim exiguum foramen



ramen in operculo relinquitur, & justum tempus observatur, ne quid de substantia pereat. Quod si est merus succus aut liquor: res plana est. Sin minutal herbarum & similium: vel proprius succus reliquendus est, vel foris analogus humor addendus: quod tamen nonnunquã fit etiam in diversi generis liquoribus, veluti cum olea digerũtur cum vini spiritu, &c. Ubi proclivitas est ad putredinem, nec adjectum menstruum ei satis cavere potest: (Non enim debet fieri putrefactio: cum quid digerimus; licèt digestio possit esse ad eam via) sal addendum est. Ita apparatum vas collocetur in foco digestorio caloris competentis, ibique sinatur usque ad quæsitum finem, qui diversus est: pro multiplici usu digestionis. Exempli gratia: Herbæ recentes suo succo madidæ, è quibus destillatione elicienda essentia est, macerantur triduo: siccæ vino respersæ, septendio:

semina & aromata dimidium mensem: Radices per mensem: siquidem sunt siccæ: mineralia per mensem philosophicum, qui est dierum quadraginta, aut etiam diutius, pro firmitate & ratione menstrui. Quædam bis macerantur, aspersa vino græco, ut aromata aliquando, quæ irrigata usque ad siccitatem digeruntur: post pulverisata & denuo conspersa macerantur secundò. Ita soliditas & raritas etiam discrimen facit. Aquæ destillatæ digerendo ad Solem, rectificantur per medium mensem, vase clauso, ita ut duæ partes sint plenæ, tertia vacua: & nonnunquam arenæ infodiatur parte vitri tertia, id quod in frigidis potissimùm spectare jubent artifices. Calidæ verò aquæ & olea rectificantur in arena frigida, item tertia parte sepulta, &c. in cella vapida per mensem. Si humor alienus addendus: talis esto, qui digestionem juvet, citra corruptionem substan-

Mensis philosophicus.

tiæ

tiæ. Et hic, si est alienior, separatur officio peracto: sin paucus, & familiaris, aut etiam alterabilis in naturam digesti, relinquitur. In densis est acrior & nonnunquam corrosivus, ut acetum, vini spiritus, vinum forte, &c. In aliis mitis, ut aqua destillata pluvia, rosacea &c. nonnunquam oleum certi generis. Interim quæ alienæ naturæ sunt, & per digestionem secessum fecerunt, separantur.

Ancillatur autem Digestio non tantum destillationibus aut extractionibus, verùm etiam rectificationi, coagulationi, fixationi, calcium per aquas fortes præparatarum edulcorationi, & appellatur Maceratio: quia hæc etiam vim habet penetrandi, rerum compagem reserandi, & impuritates separandi. *Maceratio.*

Putrefactio est, quâ mistum per putredinem naturalem, humorem siccum terminans vincentem, & externo calore fortius; quàm interno *Putrefactio,*

operante, resolvitur, ad essentiam ab heterogeneis extrahendam & segregandam.

Modus est talis: Quod putrefaciendum est, præparatur ut decet, eique in cucurbita vitrea, si vel siccum sit, vel humiditate ad putrescendum sufficienti non abundet: ὄχημα quoddam seu menstruum (ita in genere à mense putrefactionis, liquor omnis appellatur, rerum extractioni inserviens: sive is sit ejus rei proprius, sive analogus, sive aqua) conveniens, quod excessu suo misti siccitatem auferat: τὴν μίξιν reseret: exeuntem essentiam ad se alliciat: eamq; integram & incorruptam, ad extractionem usq; conservet, superfunditur: & ne calor cum suo humido exspiret; vas Hermetici clauditur: postea in ventrem equinum, aut ejus vicarium ponitur, ejusque calor ad tempus præfixum conservatur.

Menstruum quid.

Pro-

Proprium autem putrefactionis est: & calores, & odores, & sapores rerum immutare, earumque naturâ veteri destructâ, novam generare. *Putrefactionis proprium.*

Circulatio, est liquoris, ab elementis depurati, in pelicano, per varias circumvolutationes aut rotationes, quibus impuritates residuæ prorsus auferuntur, in gradum præstantiorem, conversio sive exaltatio. *Circulatio.*


Fit ita: Sumitur liquor exaltandus, includiturque Pelicano aut vasi circulatorio, quatuor aut quinque ejus partibus relictis vacuis, & ponitur in fimum vel balneum, ad altitudinem liquoris attenuabilis, vel paullò profundius: adeò ut reliqua vasis pars in aëre frigidiore extet: ut à fundi & laterum calore fiat attenuatio; à verticis verò frigore, coagulatio: detineturque ita dictum vas, in calore moderato & continuo: donec Artista finem suum

ſit aſſecutus: fecibus, in fundo vitri, ſubſidentibus.

Huc non immeritò referri poſſe videtur & FERMENTATIO: licèt interdum per eam, non tàm fiat conſpicua ſalubrium partium, à craſſioribus ſegregatio; quâm potiùs ad nobiliſſimæ eſſentiæ extrahendæ diſpoſitio.

Fermentatio. Eſt autem exaltatio rei in ſubſtantia, per quam mediante digeſtione, calor agens exuperat, inq; naturam ſuam vertit patiens.

Cæterùm quę fermentantur ſunt vel liquida; vel ſolida. Quæ liquida ſunt: vel talia ſunt ſimpliciter; ut aqua, vinum: vel ſpiſſa & mollia: ut mel, ſapa. Liquida quæ ſunt ſimpliciter talia, ſi ſint ſimul calida, per ſe fermentantur, ut vinum, pyraceum, pomaceum. Quæ autem frigida ſunt, ut ſucci expreſſi frigidi: opus habent additione rei externæ, ut fecibus vini, cereviſiæ, ſale, vel aciditate aliquâ, ad accelerationem




em ebullitionis & fermentatio-
is. Spiſſa autem & mollia, ſequen-
em in modum, fermentari poſſunt.
ecipe verbi gratiâ, mellis libras
. his adde libras quinquaginta a-
uæ. Stent in calore moderato, per
iem naturalem: deindè lento igne *Hydromel ſinoſum.*
imul bulliant, & deſpumentur.
ertia pars exhalet: vel cum li-
uor efferueſcit, ovuum imponatur
ecens: quòd ſi ſurſum fertur, per-
ectæ coctionis ſignum eſt. Tum li-
quor ab igne remotus, calidè per
duplicem pannum traijciatur, &
ad ſolem, in vaſe idoneo, additis
drachmis duabus Salis Tartari, vel
ſalis communis, vel unciâ unâ ali-
cuius aciditatis ponatur: & ſic per
quadraginta dies aut circiter, do-
nec liquor ſit clarus, viniq́ue odo-
rem referat, bulliat. Tunc enim
vas claudendum, & hydro-
mel in cellâ uſui reſervandum.
Quæ ſolida ſunt & dura: ut ſemi-
na, triticum, fæniculum, aniſum,
baccæ

baccæ juniperi, aromata &c. com-
minui debent: ijſque aqua affundi
& ſal proprius, vel analogus, acidi
tas, vel feces cereviſiæ viniué, ad
fermentationis accelerationem ad
di: ita ut ad dolium rei fermentan
dæ pinta fecum adijciatur. Qua
verò duriſſima ſunt, ut lapides
priùs calcinari, poſteà fermentar
debent: ut in ſequentibus de coral
lis & plumbo dicetur.

Extractio ſpecialiter ſic dicta Extractio ſpecialiter ſic dicta eſt
quâ è miſto, partes ſubtiliores & no
biliores à menſtruo aliquo appre
henſæ, elementari craſſitie in fun
do relictâ, exrrahuntur: & in ſyrup
aut ſapæ conſiſtentiam, deſtillatio
ne, vel evaporatione coagulantur.

Fit: cum materia tincturam ha
bens, in menſtruo convenienti in
funditur, clauſoq; vaſe ad digeſtio
nem ponitur. Poſtea eo aperto men
ſtruum coloratum, per inclinatio
nem ſeparatur: affuſoque alio, va
clauſum, ad digeſtionem rurſus po
nitur



hitur: idque toties repetitur, donec menstruum non ampliùs tingatur. Porrò depletiones filtrantur, circulantur, & coagulantur, menstruo ad oleiformem consistentiam, vel etiam interdum ad siccitatem, pro rei naturâ & usu, detracto.

CAPUT V.

De Coagulatione.

HActenus dictum est de solutione, ejusque speciebus: sequitur nunc de coagulatione.

Coagulatio, est principalis operationum Chymicarum altera, quâ res molles & liquorosæ, è consistentiâ tenui fluidaque in solidam, per humiditatis privationem coguntur. *Coagulatio.*

Hæc etsi ferè inseparabiliter cum solutionis speciebus, uti præcipitatione, amalgamatione, sublimatione destillatione &c. cohæret: tamen ita peculiariter fit:

Primò exhalatione: quâ humor à re coagulabili expirat. Se-

Secundò coctione: quâ res liquidæ ad solidiusculam consistentiam coquuntur.


Tertiò congelatione: ut cum cristalli in cellis à frigore producuntur.

Quartò fixatione: quâ res ignem fugientes & volatiles, ut in eo fixæ perseverent, assuefiunt: id quod fit vel medicinæ fixæ additione; vel misturis, vel sublimationibus, cæmentis &c. pro cujusq; rei natura.

CAPUT VI.

De Lutatione.

ORdinis ratio postularet, ut nū[nc] fornaces, vasa, variamq; supel[lectilem] Chymicam, ut & igniu[m] diversorum regimina describere[mus]. Verùm cùm hæc oculari in[spectione] potiùs, quàm præcepti[s] & regulis addiscantur: silentio ill[a] brevitatis causâ prætereunda, [&] pauca tantùm de lutamentis Philo[so]phicis subjungenda duximus.



Pro fornacibus construendis.

Recipe terram pinguem, cujuscunque coloris sit: misce & subige cum arena, fimo equino, & aqua salsa.

Pro retortis loricandis: quamvis ego nec vitreas, nec terreas unquam lutare soleam: seu destillem per arenam: seu per ignem nudũ; seu per reverberium clausum; seu ignem suppressionis.

Recipe argillam figulinam, stercus equinum lotum & exsiccatum, farinam laterum, & squamam ferri, miscendo & cum aquâ communi subigendo.

Lutum sapientiæ, ad spiritus subtilissimos arcendos.

Fac lutum ex calce vivâ, & albumine ovi, in aquam redacti, simul miscendo, & citò applicando, quia facilè exsiccatur.

Pro vitris & hydrijs fractis consolidandis.

Recipe boli Armeni, Minij, Cerussæ, ana partes æquales: reduc in pul-

verem ſubtilem, & cum oleo lini vel vernice liquidâ tempora.

Pro vitris ſimul lutandis.


Vſus ſum feliciter uſque in hanc horam veſicis porcinis, vel bovinis pro alembico cum cucurbita lutando, tàm in deſtillationibus aquarum; quàm ſpirituum acrium & acidorum.

Pro roſtro alembici cum recipienti lutando.

Recipe ceræ unciam 1. reſinæ, colophoniæ ana drachmam 1. liqueſcant ſimul in fictili: quibus addo modicum olei olivarum, miſcendo baculo, ut incorporentur, poſte ollam ab igne remotam imple frigidâ, & etiam manibus ſubige.

Pro retortis cum recipientibus collu tandis, in deſtillatione ſpirituum acrium.

Lutum pro retortis loricandis ſubige cum aquâ ſalſâ; vel miſce cum colophoniâ pulveriſatâ, & applica.





TYROCINII CHYMICI.

LIBER SECUNDUS.



ACTUM est superiori libro, de Solutione & Coagulatione, in genere: nunc in sequentibus de operationum illarum effectis tractaturi sumus: scilicèt in specie, quomodo singulorum corporum mistorum claustra reseranda sint, monstrari debeat: id quod etiam præstare conaremur: si nobis integrum Chymiæ systema, & non tyrocinium conscribere proposuissemus. Sunt autem solutionis & coagulationis effecta, sive

uiâ

ut à quibusdam appellantur, species Chymicæ, vel liquidæ, vel molles, vel duræ. Ad liquidas referri possunt: aquæ ex floribus, herbis, radicibus, corticibus, seminibus, lignis: aquæ fortes, Spiritus, acetum: olea, tincturæ liquidæ. Ad molles: balsami, extracta varia, tincturæ molles. Ad duras; Sales, flores, magisteria, calces, croci tincturæ siccæ.

CAPUT I.


ANtequam ad ipsas liquorum formas, quæ ut plurimum de stillatione fiunt, parandas, nos accingamus: generales quidam canones præmittendi videntur: quorum hic est.

PRIMUS.

Canones ad destillationis doctrinam necessarij

Vasa, in quibus destillatio fit, non sint plumbea. Hæc enim qualitate malignâ liquores inficiunt, eos vomitivos reddunt, sapores immutant nativos, & nonnunquam ipsa met vaporibus acribus ex re destillanda exspirantibus, corroduntur. E

Ga



Galenus, alijque Medici sapientiores, aquam, quæ per canales plumbeos fluit, improbant, propter malignitatem, visceribus internis valdè infestam, quam inde contrahunt: de aquis, in vasis plumbeis destillantis quid sentiendùm sit: patet præsertim, cum non rarò, quando per aliquot dies, eiusmodi stillatitij liquores immoti steterunt, inveniundo cerussa ex plumbeo alembico abrasa; imprimis si experiundi gratia, guttam unam aut alteram spiritus Vitrioli infundas, reperiatur. Quod autem de plumbeis vasis dictum: pari ratione & de stanneis, æneis, ferreisque intelligi debet. nisi fiat destillatio in vesica ænea, ubi quæ destillantur, citò effluunt.

II.

Vitra, quò altiora, eò meliora. Sic enim unâ destillatio plus præstat, quàm tres rectificationes. Sint autem cucurbitæ ut plurimùm altæ duos cubitos.

III.


In omni deſtillatione, vaſa non nimis refarcienda. Tutiùs operaberis, ſi cucurbitas ex quarta parte, & retortas ex mediâ aut circiter: veſicam verò æneam, ex tribus partibus repleveris.

IV.

Res flatulentæ, ut cera, reſina & ſimilia, ſicut & ea, quæ facilè ebulliunt, minore imponantur quantitate, & magnis vaſis deſtillentur, & quidem ſale, arenâ, aut ſimilibus additis.

V.

Deſtillatio per balneum, convenit rebus levioris compagis. Cavendum tamen in herbis maximè calidis: ut in abſinthio, ſalviâ, roremarino & ſimilibus, ne nimis levi calore utamur, & non tam eſſentiam: quàm phlegma inutile proliciamus. Sed in lactucâ, endiviâ, & ſimilibus tenuioris ſubſtantiæ, calor moderatus adhibendus: & ſufficit interdum



neum roris, quod neque empy-
ma imprimit, neque partes aë-
s tenuiores dissipat.

VI.

Destillatio per cineres vel are-
m, competit rebus consistentiæ
id oris, ut seminibus, lignis, radi-
bus, &c.

VII.

Per vesicam, non tantùm tenuia
stillantur; sed & alia, quæ sunt fir-
oris texturæ, in suo tamen men-
uo præmacerata.

VIII.

Destillatio per retortam, non
ntùm spiritus graviores è minera-
bus elicit; sed etiam è tenuiori-
s, ut lignis, seminibus, radicibus,
mmis, resinis, &c. aquas & olea
trahit.

IX.

Herbæ recentes succulentæ cum
stillandæ sunt, tundantur, succus-
e exprimatur, & posteà per calo-
m Balnei in cucurbitâ altâ destil-
tur.

X.

Herbæ, vel ſuâ temperie, vel tem-
pore ſiccæ, tundantur: & aquà com-
muni, vel proprià, vel roris Maij
vel vino irrorentur. Copia autem
menſtrui tanta ſit, quæ macerationi
ſufficiat: ſin plus affundatur, tot
quantitas non abſtrahenda. Facta
maceratione ad placitum, per bal-
neum deſtilletur: aut ſi per veſicam
deſtillationem inſtituis: adde ad
quamlibet libram herbarum, libras
ſex aquæ, & deſtilla, ut artis eſt.


XI.

Eodem modo per veſicam, quic-
quid eſt aromaticum, ſive ſint radi-
ces, ſive cortices, ſive ligna, ſive ſe-
mina, ſive folia, ſive flores, deſtillan-
tur: & oleũ ſimul cum aqua elicitur.

XII.

Sunt quædam, quæ vehementem
ignem poſtulant: ſed tamen, ea, non
nimis violento urgenda ſunt: ne na-
tura eorum prorſus corrumpatur.

XIII.



Detur opera: ne lutum, quo vasa destillatoria conglutinantur, expiret, & liquorem alienâ qualitate inquinet: præsertim cum ignis violentior adhibendus.

XIV.

Acidorum destillatio hoc peculiare habet: quòd ignobilior pars semper priùs egreditur, & nobilior ultimò. Unde in eorum rectificatione, quod primò elicitur, tanquam phlegma separandum.

XV.

Si aquæ empyreuma seu fomitem quendam igneum valdeque calidum, per exiguas partes dispersum, redoleat: corrigitur illud: si vitrum in locum frigidum humidum collocetur.

XVI.

Cum liquores per B. M. destillati, insolatione rectificandi sunt: tum vitra ex duabus, vel ad summum tribus partibus repleantur, & membrana, quâ ea claudi consueverunt, acu

pertundatur: ut factis perſpiraculis, phlegma inutile exhalet.

XVII.


Deſtillatio tamdiu continuetur, donec liquor egrediens non ſentiat amplius rem impoſitam.

CAPUT II.

DE aquis ex floribus, herbis, radicibus, corticibus, ſeminibus, lignis.

Aqua Roſarum.

Varijs hæc præparatur modis. Alij ſumunt roſarum q. ſ. eaſque per triduum, in balneo digeſtas, vapore aquæ calidæ deſtillant. Alij abſque digeſtione præcedaneâ, aquam, ex ijs in alembicum conjectis, eliciunt. Alij per cineres deſtillant: ubi tamen maximâ opus eſt cautione & circumſpectione, ne empyreumate liquor ſtillatitius inficiatur. Alij lucro magis quàm valetudini hominum intenti, eas integras, ut decerptæ ſunt, cum magnâ aquæ copiâ, per veſicam æneam deſtillant:




ac ex triginta rosarum libris, centũ aquæ odoratæ venalis extrahunt. Alij flores tusos, absque menstruo, aut eo saltem tam pauco, ut ad irrigationem sufficiat, modico balnei calore destillant: & ad vim refrigerantem, tantò expeditiùs evocandam, unâ destillatione, quam præcedit irrigatio, ex aqua communi vel rosaceâ veteri, aut ad virtutem confortantem & fragrantem prolectandam, pluribus in destillatâ aqua infusionibus utuntur. Nos ita eam parandam ducimus: distinguẽdo, inter rosas albas, & incarnatas. Ex illis enim ut plurimum vis refrigerans petitur; ac propterea paucâ aquâ pluviali irroratæ in mortario marmoreo contundendæ sunt: inde torculari succus exprimendus & destillandus. Incarnatæ absque irrigatione contusæ, reponuntur in magno vase vitreo, in cellam: post triduum succus exprimitur, qui per balneum destillatur. Hæc aqua est

fragrantissima, quæque vel multos annos, odoris sui fragrantiam conservat. Nonnulli recrementis ejus aquam puram superfundunt, & ita per octiduum maceratam, vel balneo, vel vesicâ destillant, quæ communi venali viribus & efficacia non cedit.

Aqua rosarum ardens.

Sicut ex alijs rebus omnibus, præsertim autem alimentosis, aqua flagrans & fragrans, fermentationis beneficio, educi potest: ita etiam ex rosis, quæ vulgò statuuntur frigidæ.

Porrò recipe rosas incarnatas, cœlo sereno, cum rorido madore destituuntur, collectas: eas tere accuratissimè, & in cucurbitam vitream, quæ postea benè clausa, in cellam reponatur, ut ibi fiat earum fermentatio, immitte. Cum jam acidum quiddam redolere videntur: sume de floribus tritis q. v. & per balneum destilla: aquam inde extractam



tractam superaffunde, parti rosarum alij: & rursus destilla, similem in modum pergendo, donec omnis rosarum fermentatarum quantitas, per alembicum transierit; fecibus, quæ in fundo remanere solent, semper segregatis. Tandem omnem aquam ex rosis elicitam, per balneum destilla: & duodecimam saltem partem aut circiter abstrahe, eamq; si vis, rectifica. Sic aquam habebis gratissimam & odoratissimam, quæque non minùs promptè, quâm spiritus vini, flammam concipiet.

Aqua Cichorij.

Recipe herbarum & radicum Cichorij, medio Majo lectarum libras XII. tunde vel minutim incide: ijsque affunde aquæ communis libras viginti: & postquam per triduum maceraris: ex vesicâ libras saltem octo destilla.

Aqua fœniculi.

Recipe seminum fœniculi crassiusculè


ſiuſculè contritorum, libras quatu
or: aquæ communis libras vigint
quatuor: macera in loco calido: &
adde Tartari vel Salis communis
uncias duas. Deſtilla poſtea per ve
ſicam æneam cum refrigeratorio
Sic aqua cum oleo tranſibit, quod
ab illo ſeparandum.

Aqua Cinamomi.

Recipe Cinamomi optimi craſ
sè triti libram unam: cui affunde
aquæ roſaceæ & vini albi ana libras
tres: macera in calore congruo fimi
vel ejus vicarij q. ſ. deinde deſtilla
per balneum, ſeparando aquam pri-
mam, quæ eſt optima: ſecundam
item ſeorſim, ut & tertiam colligen-
do. Secundæ uſus poteſt eſſe ad ma-
cerationes pro menſtruo. Tertia, eſt
phlegma inutile.

*Aqua acida Quercus, Juniperi,
Guaiaci, Buxi.*

Recipe ferraturam quercus, aut
ſcobem juniperi, Guaiaci, aut parti-
culas Buxi: deſtilla in retorta uſque
ad



d ficcitatem: separa postea oleum
ab aqua, per chartam emporeticam:
aquam rectifica in arena, super
colcothar, aut salem marinum, aut
proprios cineres postea phlegma ab
acido liquore separa, destillatione:
tertiam saltem ejus partem aut cir-
citer ultimò asservando.

Usus ejus est in corallis & perlis
dissolvendis, ad tincturas extrahen-
das.

Aqua Cinamomi compo-
sita.

Macera & destilla Cinamomum,
ut supra: addẽdo radicum Dictamni
Cretici, Angelicæ, ana uncias duas.
In hac aquâ dissolve saccharum al-
bum, quantum potest & digere per
diem naturalem: postea aquam su-
perfluam destillatione segrega: do-
nec syrupus placeat: cui adde aquæ
vitæ rectificatæ uncias duas, & pro-
be misce. Est virtutis admirandæ in
peste & partu difficili.

CAPUT III.

De aquis fortibus.

AQuæ forte:, quæ & causticæ chrysulcæ, separatoriæ, & ge hennæ nuncupantur: violento gne, ex atrameato sutorio, halin tro, sale Armoniaco, stibio, mercu rio sublimato, alumine, cinabar &c. conficiuntur: quarum ea, qu vim obtinet omnium maximè cau sticam & corrosivam, STYGIA; ill verò, quæ aurum solvit REGIA dic tur.

Aqua fortis communis.

R. Vitrioli exsiccati libras duas,
Salis petræ repurgati lib. unam

Tere simul & misce, deinde impo ne retortæ optimo luto loricatæ, & colloca in fornacem reverberij, ap positoque recipiente amplo desti la per gradus, spacio viginti hora rum. Cum spiritus albi & nebulo in receptaculo dissipantur: finis ac est: sine pedetentim refrigescere. Aquam exemtam clarifica per a

ger

entum, hac ratione. Cape quartam partem istius destillati: injice puri argenti drachmã unam, & solve super prunis: solutionem infunde alijs tribus partibus & lactescēt: sine residere: purum effunde. Si Regiam cupis: in uncijs quatuor hujus cõmunis: dissolve unciam unam Salis ammoniaci, vel salis communis exsiccati: atque ea aurum solvet.

Aqua fortis perpetua & modus faciendi cinabarim.

Dissolve mercurium in aquâ forti, adde sulphuris partem æqualem, destilla per retortam: & habebis aquam validiorem quàm antea, & cinabarim ad collum retortæ.

Aqua Philosophica sive Regia.

Recipe Nitri repurgati.

Salis Armoniaci ana uncias duas: Simul tere, misce & impone retortæ amplæ, cui appone magnum vas recipiens, commissuras retortæ cum recipiente leniter lutando: de-

inde destilla ex cineribus: donec omnes fumi, magnâ violentiâ egressi fuerint, nec guttæ ulterius ex retortâ decidant. Tum retortam ita calentem exime, & materialia supradicta nova in eâdem dosi repone, & misce cum capite mortuo, destillando ut supra.

CAPUT IV.


De Spiritibus.

SPiritus participant partim de aquâ, partim de igne: & prout sunt vel aquosiores, vel magis oleaginosi: pro eo etiam vel aqua, vel oleum dicuntur. Qui tamen è mineralibus prolectantur: olea ut plurimùm vocantur. Inter spiritus autem animalium, excellit spiritus sanguinis humani; vegetabilium, spiritus vini; mineralium, spiritus vitrioli.

Spiritus Vini.

Digere vinum generosum in fimo vel ejus vicario, in vasis circulatorijs justæ amplitudinis, per octo

vel



vel decem dies: postea vase refrigerato effunde illud in cucurbitas altas, quibus superpone alembicos rostratos, juncturis cum vesicis porcinis vel bovinis benè munitis; destilla, ut artis est, per B. M. Primò egredietur spiritus quem separa, mutato recipiente: deinde urge phlegma usque ad mellis liquidi spissitudinem: feces per retortam destilla, dando ignem per gradus: & accipies oleum pingue. Ex capite mortuo Sal elicies, phlegma superfundendo, digerendo, filtrando & coagulando. Quòd si præstantiorem spiritum vini desideras: rectifica eum, destillationibus sæpiùs repetitis.

Spiritus *Oleum.* *Sal.*

Spiritus Tartari.

Recipe Tartari albi puri libras quinque pone in retortam vitream eique in ignem cinerum collocatæ recipientem satis capacem adapta. Dato igne per gradus, primò spiritus egredietur, posteà oleum, quæ


rectificari debent, addito sale Tartari, & pòst ab invicem separari.


Est egregium aperiens, unde in menstruis retentis, in paralysi, ictero & similibus affectibus mira praestat. Utuntur etiam in hydrope, cum aquis alijs hydragogis: in leprâ; morbo Indico: pleuritide: anginâ: & exhibent à scrupulo uno ad duos, in aquis convenientibus.

Spiritus Therebinthinæ.

Recipe Terebinthinæ claræ q. p. Inde in vesicam æneam cum refrigeratorio aquâ propemodum repletam. Sic elicietur spiritus, qui aquæ innatabit, & per B.M. rectificari poterit.

Vsus ejus in medicinâ multiplex est. Tussim, phthisin curat: venenis pestilentialibus resistit: ventriculum ab illuvie sordidâ & viscidâ mundat: urinam provocat odoram, instar violarum: calculum & arenas pellit: stranguriam & ulcera vesicæ sanat: nervosas partes aperit & confortat:





ortat: vaſa ſpermatica calefacit, & libidini ſtimulos addit, ſanguinem coagulatum diſſolvit: uterum purificat, ac propterea ſuffocationi matricis valdè utilis eſt. Extrinſecus, in contuſionibus maximus ejus uſus & utilitas.


Spiritus Sulphuris.


Ponatur ſub campanâ vitreâ, vas terreum cum ſulphure, quod accendatur. Ita verò vas ſubjectum ad campanam adaptetur: ne fumi egredientes flammam ſuffocent: ſed liberè in illam ſubvecti in liquorem denſentur, qui in ſcutellam appoſitam deſtillet. Ex libra una, elici poteſt uncia una, tantæ efficaciæ, ut Leonhardus Fierauant. ejus intra corpus aſſumti vires non ſatis admirari poſſit. Dari verò poteſt, cum aquis appropriatis aut ſyrupis, ad guttas quatuor, quinque, ſex: & commiſceri cum electuarijs & pillulis, tàm in morbis calidis, quàm frigidis. Exteriùs etiam prodeſt

dest ad dentium dealbationem; ulcera luis venereæ, gingivarum: verrucas: ani & cæterorum membrorum fistulas. Appellatur etiam oleum: sed καταχρηστικῶς.

Spiritus Vitrioli.

Natura Vitrioli. Tres sunt Vitrioli species: viridis, alba, cœrulea: participantes de naturâ salium, aluminum, sulphurum, secundum magis & minus: prima quidem magis de sale, altera de alumine; tertia de sulphure: constantque ex parte aqueâ, terreâ & intermediâ, quæ, teste Riplæo in Pupillâ Alchimiæ, separari non potest à suis extremitatibus, aquea, & terrea; nisi mediante mercurio, qui adstipulante Gebero, quod naturæ suæ est, retinet alienum respuens & igni exponens. Hæc substantia intermedia diaphana per sublimationem exaltatur in candorem niveum occultè in se semen sulphureum continentem






m instar vermiculi rubicundissi-
mum: unde in Turba dicitur: Mira-
sunt Philosophi, rubedinem in tã-
albedine existere. De hoc sulphu-
, ita loquitur Geber, vigesimo o-
avo capite Summæ: Per Deum al-
ssimum idipsum illuminat & re-
ificat omne corpus: quoniam est
umen & tinctura. Hæc est illa a-
ua vitæ, aqua sicca, quæ manus nõ
adefacit, aqua congelata, Sal ani-
atum, de quo Raimundus Lullius
ost Alphidiũ: sal non est nisi ignis,
ec ignis nisi sulphur, nec Sulphur
isi argentum vivum, reductum in
lam pretiosam substantiam, cœle-
em, incorruptibilem, quam nos
ocamus Lapidem nostrum. Unde
tiam quidam, ad literas VITRIO-
UM, ita allusit: Visitando Interio-
a Terrę Rectificando Invenies Oc-
ultum Lapidem Veram Medici-
am.

Porrò valdè inter artistas contro- *Quod vitrioli optimū.*
ertitur: utrum inter tam varia
Vitrio-

Vitrioli genera, primas obtinea
Has alij Cyprio deferunt: alij Ro
mano: alij Hungarico. Cyprium &
Romanum meritò suspecta esse de
bent: quòd sint ferè adulterata, so
phisticata, varia, diversorum scili
cet colorum, formarum, virtutum
Quod ad Hungaricum verò attine
& Galli & Germani mercatores
qui nobis Vitriolum quoddam cœ
ruleum, diaphanum, aliquando sub
viride, pro genuino & ex ipsâ Pan
noniâ allato vendunt, impudente
mentiuntur. Cum enim ante oct
menses eô locorum me cõtulissem
ut auri argentique fodinas, qu
Schemnitij visuntur, intrarem, &
mineralium metallorumque no
titiam perfectionem ex αὐτοψί
compararem; Illustris ac generos
Dominus de Bloenstain, general
minerarum regni Hungarici Præ
fectus pro humanitate suâ eximiâ
mihi certò confirmavit: quod, et
duo Vitrioli genera, album unum
valde



aldè aluminosum, ex quo aquas chrysulcas conficiunt; alterum cœruleum longè præstantius, reperiatur: hujus tamen minera, quamvis fertissima; planè non colatur: eò quòd nũquam sint mercatores, qui tale Vitriolum coemtum in alienas terras asportare dignentur. Idem & de Antimonio profitebatur, quod in auri fodinis reperitur copiosissimum. Illud autem jure meritoque censeri debet præstantissimum, quod è Venere elicitur, aquæ beneficio, ut posteà dicetur. Huic bonitate succedit illud: quod cæruleum est: plus Solis in se continet: plus Martis in Venerem transmutat: & diutius ignis examina sustinet, antequam ultimos reddat spiritus, undecunque id afferatur. *Antimonium Ungaricum rarò in aliàs regiones auffertur genuinum.*

Hujus ergo Vitrioli recipe libras duodecim: calcina in vase terreo, igne moderato: donec omnis humiditas abscedat. Vase refrigerato, massam quæ erit septem circiter libra-

librarum, reduc in pulverem subtilem, cum librâ unâ circiter particularum ejusdem testæ: & impone retortæ firmæ lutatæ: ita tamen ut tertia ad minimum pars sit vacua. Eam in fornacem colloca reverberij: adhibito receptaculo amplo, collique brevis desuper lutato; & commissuris retortæ cum recipiente, luto salso diligenter munitis. Dein paropsidem terream latam, pedem unum altam, & in fundo quadrangulariter perforatam, retortæ, ut æqualiter os fornacis claudat, superstrue: atque ad extremitates fornacis, cujuscunque illa sit formæ, quadratæ rotundævé, lateres altitudine paropsidem adæquantes adaptâ: spatiumq; inter lateres & paropsidem, quod intercedit, cineribus usque ad summum obrue. Tunc fac caminum ex quatuor lıterum particulis, super testæ foramen quadrángulare, ut flamma, med ante tali vehiculo, liberiùs, cum tempus fuerit, queat

neat evolare. Orificium camini;
cut & cineritij ostiolum ita clau-
itur, primis quatuor horis, ut car-
bones furno impositi saltem arde-
nt, & non extinguantur: quò pau-
tim & successivè retorta calefiat.
xinde sequentibus quatuor horis,
lor augeatur: foramina, ijs singu-
s, supra & infra paulatim aperien-
o: donec flamma per superiora in-
piat erumpere, & retorta undique
ndeat. Quod cum fit: cineritio
camino omnino apertis: per o-
odecim vel viginti horas ignis in-
ndi debet: donec omnes spiritus
gressi fuerint. Post biduum, lutum
lsum & valde induratum, quod
etortæ collum cum recipiente re-
et colligatum, linteo madido, per
oram, donec recipiens absque vi-
ri fractione, abstrahi possit, hume-
ta: & postmodum phlegma à spi-
itu, destillatione per Balneum, aut
landa cinerum, separa. Sunt, qui
ost phlegmatis separationem, spi-
ritus

ritus super corallos tritos ex arena rectificant.

Spiritus hic in febribus ardentibus, cum aquis appropriatis mistus & haustus refrigerat: sitim extinguit: humorum putredini resistit: per urinas & poros cutaneos operatur; Phlegma consumit; crassos & viscosos humores incidit: languentem appetitum excitat: & succo rosarum, violarum, aliorumq; florum pulcherrimè tingit.

Spiritus Nitri.

Nitrum, sive Sal Petræ misceatur cum tribus partibus boli communis: & destilletur per retortam, spatio decem vel duodecim horarum. Ex libra una Salis Petræ, accipies libram unam spiritus: si benè operatus fueris.

Spiritus hic est verus ignis naturæ balsamicus: & prodest in colicâ pleuresi, anginâ.


Spiritus ardens è Saturno.

Calx Saturni ſive minium, aceto
ſtillato, vel ejus ſaltem phlegma-
perfunditur: poſtea per diem na-
ralem ſæpiùs agitando, ne in fun-
o vaſis concreſcat, digeritur: men-
truum detrahitur: aliudque donec
mnis ſalſedo abſtrahatur, ſubſti-
itur. Depletiones filtrantur, & ex
uabus circiter partibus evaporan-
ur: criſtalli loco frigido expectan-
ur, ſeparantur: in novo aceto diſ-
olvuntur: filtrantur: & toties ut ſu-
ra, coagulantur: donec ſufficien-
er ſale aceti Armoniaco, tanquam
roprio fermento imprægnentur.
ali calore balnei, per menſem di-
eruntur: ut perpetuò inſtar olei in
quorem reſolvantur. Deſtillentur
oſtea per retortam, in arenâ: ſerva-
is ignis gradibus, adhibitoque re-
pienti amplo, qui niſi diligentiſ-
imè cum retorta lutetur: tanta fra-
rantia, totum laboratoriū replens,
deperit: ut non dubitem: quin ea

omni-

omnium vegetabiliũ odoratorum simul congestorum & mistorum odores longè superet. Post destillationem, omnibus frigefactis: caput mortuum reperies nigerrimũ, nullius momenti. E liquore egresso, separabis oleum flavum supernatans, & oleum sanguinis instar rubicundum, fundum petens. Phlegmate per reiteratas destillationes, ab aqua ardente separato: servabis spiritum Saturni odoratissimum, tanquam balsamum preciosissimum, ad varios morbos, tam intra, quàm extra corpus utiliter adhibendum.

Cæterùm non è Saturno tantùm arte Chymica, spiritus ejusmodi fragrans elici potest: verùm etiam ex omnibus alijs metallis, mediante aquâ illâ viscosâ minerali, quæ solius Vulcani beneficio, absque ullius rei externæ additione, brevissimo temporis spatio, educitur, & de qua Rhodianus in tractatu trium verborum: Mutatur iste spiritus fumosus,



s, aquoſus & aduſtivus in nobiliſ-
mum corpus, & non fugit amplius
igne; ſed currit, ut oleum, &c.
ecipit enim omnes qualitates me-
ili, cui induſtria ſagacis artificis
mmiſcetur, odorem, colorem, ſa-
orem, cum conſervatione facul-
tis vegetantis: Et ſicut Rhaſes di-
: pro ut mutatur, mutat. Unde
nſtat: quàm turpiter rerum Phy-
arum ignari ſint vulgares Miſo-
ymici, qui odores, ſapores, & vir-
tes reliquas Medicas ſolis vegeta-
libus vendicant, & metallica tan-
am humano corpori infructuo-
, cane pejus & angue fugienda e-
ſtimant.

Caput V.

De Aceto.

Acetum deſtillatum.


ACetum ſine digeſtione, eodem modo deſtillatur, quo & vi-


num: nisi quod phlegma ut in omnibus acetosis alijs primò egrediatur; spiritus autem ultimò. Oleum & Sal pari ratione, uti de vino dictum, eliciuntur.

Acetum Alkalisatum.

Aceto ad mellis liquidi consistentiam destillato, superfunditur aqua communis, ut ad palmæ altitudinem emineat: digeritur in balneo per biduum: ponitur in loco frigido, ut cristallos producat: aqua per inclinationem effunditur, aliaque donec omnis oleaginositas abscesserit, superfunditur. Tum cristalli sæpius solvuntur in aqua bulliente & coagulantur in frigido, ut omnino reddantur diaphani: acetumque quartò destillatũ, & ab omni phlegmate depuratum, ijs superfunditur ita ut ad unam libram cristallorum addantur quatuor aceti: & per arenam, in retorta, dando sub finem ignem satis fortem, destillãtur. Quo facto: feces calcinantur: fixum s

elic





icitur acetumq́ue ſale eſſentiali a-
matum rectificatur; & dein à ſale
co, igne ſatis violento deſtillatur,
affundendo toties ſuper id, quod
fundo remanet: donec totum ſal
r alembicum aſcenderit. Tandem
etum hoc ſale proprio impræ-
natum, per balneum bulliens bis
ſtillatur: accipiturq́ue acetum,
l duriſſima lapidum criſtallorum-
ue corpora calcinanda, validiſſi-
mum.

CAPUT VI.

De Oleis.

OLeum proprijſſimè dicitur de
oleo ex olivis expreſſo, omnis
xcedentis qualitatis experte: de
liquis verò, non niſi per ſimilitu-
inem. Omnia autem olea, inter aë-
is & ignis naturam ambigunt: &
uò acriora ſunt; eò magis ignea:
uò minus acria, eò magis ætherea
 aërea cenſentur.

Oleum ex vitellis Ovorum.


Vitellos communitos in sartagine frige, igne temperato, donec rubescant & oleum remittant, continuò spatulâ lignea vel ferrea movendo, ne adurantur. Oleum postea calidè exprime; & cum magna aquæ stillatitiæ quantitate, per mensem in B.M. digere. Aliqui frixos sic vitellos, in lynteo, oleo amygdalarum dulci madefacto includunt, & sub prælo exprimunt.

Matthiolus in Dioscoridem scribens, hoc oleum commendat ad asperitatem cutis, impetigines, fissuras labiorum, manuum, pedum, dolores ulcerum, articulorum & omnium locorum nervosorum. Præterea utile est locis igne ambustis, & in membranis cerebri. Ulcera maligna cicatrisat & pilos generat.

Oleum Salviæ.

Recipe magnam Salviæ quantitatem, eamque per duas aut tres s

pt



timanas in umbram pone:postea
er refrigerium destilla: & accipies
quam, quæ rectificari poterit: &
leum flavum.

Prodest in omnibus nervorum
norbis; paralysi, apoplexiâ, convul-
ionibus & similibus.

Oleum Ceræ.

Liquefac ceram, igne modera-
o: tamdiu stet in fusione: donec
ullas ulteriùs non producat. Tum
motæ ab igne commisce duplum
ui ponderis Salis decrepitati, & de-
tilla per retortam, igne moderato.
Ex libra ceræ, extrahes vncias duo-
decim olei.

Resolvit: attenuat, penetrat, e-
mollit, discutit: ac propterea utile
est apostematibus duris, & tumori-
bus frigidis. Sanat fissuras papilla-
rum in mammis mulierum, & do-
lores earum mitigat. Vulnera et-
iam recentia consolidat: si ea bis de
die inungas. Confert & in ambu-
stis, commistum cum oleo ovorum.


Oleum Terebinthinæ.

Recipe medullam, ex destillatione spiritus Terebinthinæ residuam eamque per cineres, in retorta, per se destilla: sic ubi oleum extractum fuerit: restabit in fundo retortæ Colophonia. Si digeras postea in balneo: ut de oleo vitellorum ovorum dictum est: omni empyreumate spoliatur.

Calefacit, emollit, discutit, aperit, purgat, atque exterius loco veri balsami usurpari potest in omnibus vulneribus, ulceribus cacoëtheis, insanabilibus, fœtidis, uti fistulis, lupo & similibus phagedænicis, parotidibus, fracturis, contracturis &c. præstat autem hæc non semper per se, & solùm usurpatum: sed requiritur insuper ut cum alijs, affectui curando idoneis, convenienter misceatur.

Oleum Caryophyllorum.

Recipe Caryophyllorum grossè tusorum libras quatuor, aquæ fontanç



nnæ libras quadraginta. Macera in
oco calido q.ſ. adde Tartari uncias
uas: deſtilla poſtea per veſicam æ-
eam cum refrigeratorio: & habe-
is olei uncias octo. Eodem modo
eſtillantur macis, piper, ſemina a-
iſi, coriandri &c.

Confert frigidis ventriculi mor-
is, hepati, cordi, diarrhææ à cauſa
rigida: ſpiritus melancholicos diſ-
ipat, & clarificat craſſos. Extrinſe-
us vulnera recentia ſanat, & vices
eri balſami obit.

Oleum Sacchari.

Recipe Sacchari albi groſſè tuſi
ncias quatuor.

Aquæ vitæ uncias octo:

Aquam vitę ſuccende in ſcutella, ar-
gétea vel figulina vitreata: in quam
accharum iniice, cótinuè ſpatulà a-
gitando, donec flamma ceſſet. Tum
dde aquę roſaceę unc. duas. Miſce.

Corroborat: & à pulmonum per-
frigeratione, tuſſi laborantibus cer-
o experimento opitulatur.

Oleum Tartari.


Oleum hoc, præter modum ſu-
perius in ſpiritu ejus, traditum: f
etiam per deliquium, ponendo Tar-
tarum ad albedinem calcinatum, i
cella vel alio loco humido, done
reſolvatur in oleum, quod poſte
filtrandum. Parari etiam poteſt:
Tartarum poſt calcinationem, in
quâ communi diſſolvatur, filtretu
coaguletur: & in loco humido do
nec reſolvatur, collocetur.

Optimum eſt remedium in omni-
bus ſerpiginibus, ulceribus, præſen-
tim autem venereis, tineâ, ſcabie
verrucis. Faciem erugat & cutem
reddit teneram.

Oleum Succini.

Digere libram unam Succini tri-
ti, in vini albi libra una. Tum add
manipulum ſalis præparati: deſtill
per retortam: ſervatis ignis gradi-
bus. Rectificatur, bis deſtillando
cum ſale tantùm.

Sacrum hoc oleum olim appella-
tur



um fuit: ob vires ejus eximias, quas
um per se; tùm cum aliis mixtum
æstat: in epilepsiâ, apoplexiâ, me-
ncholiâ, spasmo, vertigine, peste,
alculo, frigidis capitis defluxioni-
us, cordis palpitationibus, animi
eliquijs, ictero, difficultate respirā-
i, dysurijs, partu difficili, uteri
rangulationibus, mensium reten-
ionibus, fluore matricis albo, ver-
nibus, febribus.

Oleum ad Hemicraniam compositum.

Recipe Rutæ manipulum unum,
Bulliat in libra una olei olivarum,
n olla nova, per horam dimidiam.
Deinde funde illud in retortam, ei-
que adde, Terebinthinæ Venetæ
vncias duodecim.

Colophoniæ vncias quatuor.

Destilla in arena. Aqua clara,
quæ primùm exit, & nullius mo-
menti est, separetur: postea igne
per gradus aucto: oleum destillatio-
ne prolectetur, seorsim asservan-

 dum.

dum. Præſente paroxyſmo, paru de eo ad ignem calefiat: & goſſyp in eo humectato, frons & tempor ut & ipſa pars dolens, cum cubitu eundum eſt: inungatur.


Oleum ad Uterum compoſitum.

Recipe pulveris rutæ parum ſiccat
 libram unam.
 Caſtorei uncias duas.
 Olibani
 Myrrhæ ana uncias quatuor.
 Ol. lini libram unam ſemis.

Digerantur quatuor diebus, in ventre equino vel ejus vicario: poſte per retortam, in reverberio clauſ deſtillentur. Hoc liquore umbilicu jungitur manè & veſperi.

Oleum Laterinum.

Candefac particulas laterum, vel ſilicum inſtar fabarum, in crucibulo, quas ita ignitas projice in vetus oleum olivarum: cooperi; & relinque per noctem: poſteà lapillos cum oleo per retortam deſtilla: ſecundò



: tertiò rectifica oleum destillando
um sale præparato.

Oleum Sulphuris.

Recipe sulphuris triti libram unam,
Calcis vivæ libram semis,
Salis mercurialis uncias quatuor.
Misce: & per retortam destilla.
Ad vulnera & ulcera utile.

Oleum Salis.

Sal constat ex partibus diversis: terrea, aquea, ignea. Consistentia & soliditas ejus à terrâ, liquabilitas ab aqua, mordicatio ab igne. Acris est, γλυκύπικρος, incisivus, subtilis, penetrativus, purus, fragrans, incombustibilis, & alia à corruptione præservans, diaphanus aêris instar, per reiteratas præparationes, dissolubilis in humido, liquabilis in igne, instar metallorum: estque ceu anima in corpore, secundum Plinium, qui post Stoicos ait: salem datum esse carni porcinę, suâ naturâ quasi mortuæ, pro anima. Hic enim in modũ fermenti, corpus, cui miscetur, mo- *Natura Salis.*

N 6 dò

dò id penetrare poſſit, in ſuam na-
turam convertit; humorem viſco-
ſum putrefactioni obnoxium con-
ſumendo. Raimundus Lullius vo-
cat liquorem ſalſuginoſum, per to-
tum corpus diſperſum, humorem u-
rinalem: Paracelſus Mumiam.

Sunt autem varij ab artiſtis exco-
gitati modi oleum ſeu ſpiritum ſa-
lis eliciēdi. Aliqui ſal decrepitatum
per ſe deſtillant, absque additione
alicujus rei externæ. Sed cùm ſal ſit
facilis fuſionis: & cùm in unum co-
ierit, ſpiritus contumaciſſimos fo-
veat: poſt deſtillationem viginti
quatuor horarum, omnibus refri-
geratis, retortam frangunt: maſſam
ſalis terunt: & novæ retortæ impo-
nunt: cum liquore deſtillato; idque
toties repetunt; donec totum Sal in
oleum reſolvatur, quod octavâ aut
nonâ deſtillatione fieri ſolet. Tæ-
dioſa nimis operatio. Alij ſal calci-
natum, in cellâ vel aquâ pluviali
diſſolvunt: & cum argillâ figulinâ
cribel-


ribellatâ impaſtant: indeque orbi-
ulos vel globulos formant: quos
ſiccatos retortæ indunt, & ſpiri-
us eliciunt. Ego verò ſic parare ſo-
o. Accipio libras duas ſalis mari-
i calcinati: miſceo cum ſex libris
rinæ laterum, vel terræ rubræ, vel
oli communis: impono retortæ
rmæ & amplæ, ut tertia ad mini-
um pars vacua remaneat: adhibi-
óque recipienti amplo, in quem
riùs aquæ ſtillatitiæ libram infu-
i, deſtillato per triginta horas: ſer-
atis ijſdem gradibus ignis, de qui-
us deſtillatione ſpiritus Vitrioli
ictum. Poſt ſeparationem aquæ &
hlegmatis, accipio viginti ad mi-
imum uncias olei acerrimi, quod
ectificari debet.

Vires exerit potentiſſimas, cum
nteriùs; tum exteriùs ſumptum.
Renovat totum hominem & præ-
ervat ab omnibus morbis: ſi in ge-
eroſo vino aut aquâ vitæ uſurpe-
ur. Cum ſale abſinthij miſtum, &

in vino aut aquâ abſinthij uſurpa-
tum, hydropem tollit. Curat epile-
pſiam, icterum, febres, calculum,
lumbricos. Inunctum ſanat mem-
bra luxata, contracta, paralytica,
apoſtemata, dolores item podagri-
cos mitigat, ſi cum oleo vel Tere-
binthinæ, vel ceræ, vel chamomillæ
miſceatur. Calcinat etiam omnia
metalla, lapides, vitrum ipſum, arti
opus perfectiſſimum.

Aliud modus.

Diſſolve ſal commune in humi-
do per ſe: toties filtra; donec nulla
relinquat feces: deinde pone in ven-
trem equinum, per duos menſes:
poſtea fortiſſimo igne deſtilla: &
phlegma per balneum, a liquore un-
ctuoſo ſalſuginoſo ſepara. Quic-
quid corruptioni maximè obnoxiu
eſt: hoc liquore ſi imbuitur, multa
ſecula manet incorruptum. Cre-
ditur illud formoſiſſimæ feminę ca-
daver, hoc liquore fuiſſe conditum
quod, referente Raphaele Volate-
rano



no, tempore Papæ Alexandri VI.
nte annos centum & ſedecim aut
rciter, in antiquo ſepulchro, pro-
è Albanam, adeò integrum, nulla-
ue adeò corruptione contamina-
um repertum fuit, ac ſi eâdem ho-
à expiraſſet: cum tamen ex ſcriptu-
â marmori inſculptâ, ultra mille
recentos annos, jacuiſſe ibi defoſ-
um conſtaret.


Oleum Vitrioli.

Diſſolve vitriolum optimum in
qua communi: diſſolutionem in
eni balnei calore digere; poſtea fil-
ra; & per vaporem balnei, in vaſe
itreo, aquam abſtrahe, donec cuti-
ulam contrahat. Tum vaſe in loco
rigido poſito, criſtallos diaphanos
roducet: quibus ſeparatis, reliquã
quam evaporabis, donec novam
ontrahat cuticulam, & novos in
rigido produxerit criſtallos; quos
mnes ſeparatos diſſolves, digeres;
iltrabis: rurſus in frigido criſtalli-
abis: & ut ſuprà ſeparabis, eundem

labo-

laborem tertiò repetendo : done
Vitriolum ab omni terreſtreitate
heterogeneâ ſit liberum. Hoc Vitri
olum cucurbitæ altæ impone, &
phlegma per balneum ad ſiccitat
abſtrahe : reddendo toties propri
terræ; donec ſiccum ebiberit totum
humidum. Maſſam exime, & in pul
verem ſubtilem tere: eumque in re
tortam firmam immitte, cum octa
va parte ſui ponderis ſpiritus vin
ſummè depurati : & ſervatis igni
gradibus per triduum, omnes Spiri
tus evoca. Vaſe refrigerato : quo
in recipiente fuerit: redde alijs dua
bus libris colcotharis, ut ſuprà præ
parati : & iterum per triduum de
ſtilla. Tum vini ſpiritum, per Bal
neum, in cucurbitâ altâ ſepara : de
inde ſpiritum Vitrioli per cinere
deſtilla: in quo ſi corallos vel perla
diſſolueris : Verum Antepilepticum
habebis. Oleum inſtar ſanguini
rubrum, quod in fundo hærebit
rectificare poteris, deſtillando pe

retor



tortam in arena, vel solâ digestio-
, fecesque terreas, quæ fundum
tent, ab eodem oleo separare.
Ejus usus est in metallicis potiùs,
àm medicinâ.

Oleum Antimonij.

ecipe Antimonij crudi:
Sacchari candi ana uncias qua-
or.
Aluminis calcinati unciam unam:
mul tere & misce. Destilla per
tortam, igne valdè moderato. Sic
cipies oleum rubicundum, ad ul-
ra aptissimum.

CAPUT VII.

De Tincturis liquidis.

TIncturæ vocabulo, Chymici nō intelligunt, ut vulgus opinatur, lores simplices à misto separatos, el exaltatos: sed colores essentiæ rum & qualitatibus formalibus, concreto corpore extractis inhæ-entes: unde Tincturæ interdum

olea

olea dicuntur, interdum ſpiritus; i
terdum quinta eſſentia.

Tinctura Roſarum Siccarum.

Impone unciam unam roſaru
rubrarum exſiccatarum, in libr
quatuor aquæ tepidæ, quibus add
drachmas duas aut circiter ſpirit
Vitrioli vel Sulphuris. Intra tres v
quatuor horas, aqua fiet colorat
ſima, quæ filtrari debet: in quâ
diſſolveris uncias duodecim ſacch
ri: verum hepatis refrigerativum
habebis.


Tinctura Violarum.

Flores contuſi macerentur in pr
priâ aquâ, vel ſacchari oleo, ſuperi
deſcripto: pòſt exprimantur: expre
ſum coletur: donec tinctura vot
reſpondeat.

VEL.

Pone flores ad alembici roſtrum
ut propria aqua deſtillata, præte
labendo tincturam ſecum abſtra
hat.

CAPU



CAPUT VIII.

De Balſamis.

BAlſami Chymici nihil aliud ſunt; quàm olea compoſita, & a- rum rerum additione, ſpiſſiora ddita. Conſtant ferè liquore tri- ici, ſpirituoſo ſeu aqueo, oleagi- oſo & craſſo inſtar mellis: quibus terdum pro rei naturâ, moſchus, nbra, zibettha, &c. addi ſolent.

Balſamus Cinamomi.

Componitur hic ex tinctura, per iritum vini extractâ & inſpiſſatâ, eo & ſale ejuſdem, nec non cerâ bâ, in aqua roſaceâ probè ſolutâ: tâ: & ab omni acredine vindica- , quæ mediam dat conſiſtentiam. el fit ex ſebo cervi, aut vervecis, di- genter mundato & loto: ita ut uodlibet per ſe, vel unum ex iſtis, um cera poſſit miſceri, & poſtea um extracto, oleo, & ſale ad juſtam onſiſtentiam reduci. Ita parantur alſami ex Garyophyllis, junipero, ſalvia,

ſalvia, roremarino, aniſo & ſimilibus qui tàm pro externo illitu, quàm interno uſu ſunt efficaciſſimi.

Balſamus Sulphuris.

Recipe florum Sulphuris uncias duas: Ol. Terebinthinæ uncias quatuor:


Miſce: & vitrum in arena colloca, ut ſpatio octo horarum lentè bulliat, & fiat inſtar ſanguinis. Tum ſuperfunde aquam communem: & per alembicum deſtilla oleum ſuperfluum, cum aqua. Manebit in fundo balſamus Sulphuris: à quo tincturam per ſpiritum vini extrahere potes, & coagulare, quæ in aqua hyſſopi vel ſyrupo liquiritiæ, datur à tuſſi vexatis, propter pulmonum affectus. Valet etiam ad ulcera maligna.

Tinctura Sulphuris.

Balſamus Saturni.

Deſtilla duas partes aceti impregnati ſale Saturni ut tertia tantùm pars ſuperſit. Deinde recipe olei roſati uncias quatuor, aceti im-

prægnati



rægnati uncias octo. De hoc gut-
tim super oleum infunde: & si-
iul continuè misce in mortario æ-
eo: & fiat instar unguenti: quod
onfert inflammationibus, & poda-
ræ calidæ. Si idem acetum sale Sa-
urni imprægnatum mixtum fuerit,
um æquali parte aquæ communis,
c applicatum calide, cum linteolis
eplicatis, super contusiones in quâ-
umq; corporis parte, statim sedat
mnem dolorem.


CAPUT IX.
De Extractis.

PArantur EXTRACTA speciali-
ter sic dicta ex genere animali-
um & vegetabilium, beneficio dis-
solventium sive menstruorum ac-
commodatorum, qualia sunt spiri-
tus vini, juniperi, serum lactis, hy-
dromel vinosum, aqua pomorum
redolentium, fumiterræ & simili-
um, vel aquæ ex ijsdem, ex quibus
extracta concinnare animus est, de-
stilla-

ſtillatæ. Ex animalibus carnes, aut Mumia, hepar, ſplen, pulmones, teſticuli & ſimiles partes eliguntur: unde vulgò inclaruerunt extracta ex cranio humano ad epylepſiam: ex ſplene bovis ad menſes provocandos: ex hepate vituli, ad hydropem & fluxum hepaticum: ex pulmone vulpis, ad aſthma & ſimiles morbos. Ex vegetabilibus varia fiunt: utpote ex herbis, floribus, radicibus, ſuccis, baccis, corticibus, lignis aromatibus, ſeminibus, fructibus: ut videre eſt, apud Quercetanum, capite ultimo Pharmacopææ Dogmaticorum reſtitutæ.

Cæterùm ad extracta purgantia præparanda: multi hactenus vini ſpiritu, pro diſſolvente uſi ſunt: qui tamen, quod vim eorum catharticam valdè infringat; promiſcuè in omnibus non videtur uſurpandus. Adhiberi poterit interdum in Hellebori, Colocynthidos, Scammonij extracto: in alijs autem, ſubſti-

tuen.



ntur aquæ destillatæ: utpote, abarbaro, accommodata erit, aa Endiviæ: Folijs Senæ Orientibus, aqua pomorum redolenti, fumariæ, fæniculi: Agarico a. Cinamomi: & sic porrò alijs a. Quod si talis aqua vitæ, proprio licet sale armoniaco privata, uti riotus, & post eum, Joannes du l, Medicus Issoldunensis, Penos quoque in tractatu de verá mecamentorum Chymicorum præratione, in magisterio Tartari, cent, daretur: præstantior ad onis generis extracta paranda, desirari non posset. Verùm quamvis n. Mayaud, vir in re Chymicâ longè exercitatissimus, & amicus meus singularis, ad illorum doctorum lacita menstruum tale parare, mem tentaverit; tamen nunquam on in operatione hac oleum & operam perdidimus. Unde conijcere uis posset: quod, cum bonus ille enotus in supra citato magisterio

Tarta-

Tartari, alios ad Dei timorem, & pr tàm raro secreto, gratiarum actio nem moneat & invitet: ipseme Deum non satis timuerit, nec il gratias egerit: quando tale magiste rium posteritati consecravit.

Extractum Senæ.

Folia Senæ macera, per vigin quatuor horas, in sufficienti aqu stillatitiæ pomorum redolentiu quantitate: quod tinctum est, effun de & filtra: folijs priùs fortiter ex pressis. Interim ex fecibus, secun dum artem, sal elice, & tinctur commisce, quam deinde lento ba nei calore, ad duas partes destilla vel in scutella vitrea, vapore calen tis balnei reliquum humorem, a extracti consistentiam exhala. Do sis ejus drachma semis.

NOTA: tincturæ extractione ex ijsdem folijs Senę non esse secun dò repetendam: ne extractum intr corpus admissum, in eo gravia con citet tormina.

Extra

ExtractumRhabarbari.

Rhabarbarum recens minutim oncisum digere in aqua Endiviæ, el alia odorifera, donec coloretur. quod tinctum est, deple: novamque quam toties reaffunde; donec ea on tingatur amplius. Depletiones ltra: circula: & menstruum ad exacti consistentiam per balneum voca: sale priùs ex fecibus addito: t in superiori præparatione, dictum.

Panchymagogum.


Recipe pulpæ Colocynthidos.
Ellebori nigri.
Diagridij ana uncias duas semis:
Turbith,
Hermodactylorum,
Agarici,
Aloës ana unciam unam:
Foliorum Senæ Orientalium,
Rhei electi ana uncias quatuor:
Specierum Diarrhodon Abbatis, unciam unam.
Fiat extractum secundum artem,


cum aqua Cinamomi, addendo ſ
ex fecibus. Doſis à ſcrupulo uno a
drachmam ſemis.

Ad Quartanam.

Recipe Aloës uncias quatuor.
Myrrhæ,
Radicum Gentianæ,
Ariſtolochiæ rotundę ana drach
mas tres.
Croci Oriental. drach. unã ſemi
Triũ Santalorũ ana drach. unan
Aſari drachmas duas:
Folior. Senæ mundatorum un
ciam unam ſemis:
Mithridatij optimi unciã ſemi
Pulveriſanda pulveriſentur: fia
que maſſa cum ſyrupo de Scolo
pendrio, ex qua fiat extractum, cu
aquâ Cardui benedicti: addito ſal
ex fecibus: cujus doſis, ſcrupulus u
nus ad drachmam ſemis, pridie ac
ceſſionis, mane, cum drachma un
aquæ extracti.

MODUS hic parandi extract
purgantia, tam ſimplicia, quàm co
poſiti





posita, vulgaris est. Novi autem modum longè compendiosiorem, tincturam, & omnem vim catharcticam, spatio quadrantis horæ, è medicamentis purgantibus, absque ullo calore externo, & additione illius rei mineralis eliciendi: quo extracta longè majoris fiunt efficaciæ; quàm si trito & consueto more parentur.

Theriaca Germanorum.

Grana juniperi recentia & matura in mortario marmoreo conterãtur: quibus, ad singulas libras, aquæ pluvialis destillatæ libræ quatuor superfundatur, & per triduum, loco calido digerantur: postea per pannũ colentur, & fortiter exprimãtur. Colatura filtretur, exhaletque ad extracti consistentiam Dosis drachma una. Datur in colica, calculo, suffocatione matricis, mẽsium suppressione, defluxionibus frigidis, hydrope. Est etiam præservativum

ſpecificum contra peſtem, & omn
aerem contagioſum.

LAUDANUM ſive Νηπενθὲς quovis Homerico præſtantius.


Extractum Narcoticū dicitur Laudanum, quaſi laudatum remedium ob inſignes ſcilicet effectus, quo in graviſſimis morbis & doloribu ſæpiſſimè conſpicimus. Aliqui Ne penthes vocant. Teſtatur enim Homerus, remedium tali nomine inſi gnitum Helenæ fuiſſe, quo omne cordis languores & ægritudines ab egerit, & jucundam hilaritatem lætitiamq; induxerit.


Recipe Tincturam ex Hyoſcyam uncijs duabus cum ſpiritu vini per Spiritum Vitrioli vel ſulphu ris acido facto, extractam ut arti eſt.

Ex Opij uncia una, ut ſupra extracti Croci Orientalis uncijs duabu extractam.

Miſce: & pone in loco tepido pe dies quindecim, quotidiè agitando

Quibu





quibus finitis, spiritum vini per alneum evoca : deindè massæ in ndo remanenti adde:

Extracti Castorei drach. duas.

Tincturam ex uncijs duabus Di-nbræ, per Spiritum vini junipera-um, in balneo vaporoso extractam nâ cum dissoluente.

Stent in digestione per mensem, pius agitando: dùm omnis odor ravis evanescat. Tandem adde:

incturæ corallorum,

uccini pellucidi præparati ana drach. unam.

ssis è corde cervi scrupulū semis.

incturæ auri drach. semis.

mnibus in mortario marmoreo mixtis, & prius contusis contun-dendis, adde:

lei Succini,

Macis,

Cinamomi ana scrupul. unum:

xtracti Moschi (quod tamen in ulieribus omittendum est) scrupu-um semis.

Hæc omnia pone in loco tempera-
to, ut exſiccentur, ad pillulas inde
facilè formandas.

Doſis à gr. j. ad quatuor.

CAPUT X.


De Tincturis mollibus.


ETſi TINCTURÆ meritò
propter operationes, quibus per-
ficiuntur, & conſiſtentiam ſuam,
ad extracta referri poſſent: tamen
quia ab autoribus tincturarum ti-
tulo donatæ fuerunt: placuit ipſis
etiam peculiare caput adſignare.

Tinctura mellis.

Miſce mel arenis benè mundatis
ut fiat quaſi maſſa: ſuperfunde vini
ſpiritum: ut emineat duobus digi-
tis: digere per quinque vel ſex ho-
ras: coloratum ſpiritum effunde,
aliumque affunde: donec non am-
pliùs coloretur. Tinctum ſpiritum
filtra, & coagula. Mirum in modum
nutrit phthiſicos.

TIN-





Tinctura Croci.

Fit cum vini ſpiritu, qui ſuper ipſum infundi debet toties, donec tincturam totam attraxerit: & remaneat terra ſubalba. Tinctura filtratur: & S. V. levi balnei calore abſtrahitur. Varias & egregias habet facultates: & ſpiritus imprimis in ſyncopticis recreat & reſtaurat mirabiliter: ſi unica ſaltem ejus gutta, in juſculo aut vino albo exhibeatur.

Tinctura Sacchari.

Recipe Sacchari albi pulveriſati libram unam: pone in cucurbitam, vel matratium, cum duobus cochlearibus aceti deſtillati: digere ſuper cineres calidos per ſex horas: deinde ſuperfunde aquæ vitæ rectificatæ, ut ſupernatet ad duos digitos, digere, donec coloretur: poſtea aquam tinctam effunde, & aliam toties reaffunde, donec ulteriùs non coloretur. Tum menſtruum per balneum evoca. Tinctura ſive eſſentia rubra manebit in fundo,

quæ circulari debet, cum aquis cordialibus.

Prodest in syncope & deliquijs animi, cum aqua Cinamomi & rosarum exhibita.

Tinctura Sulphuris.


Liquefac sal Tartari in tigillo: flores item sulphuris in alio tigillo: postea simul misce, & sponte infrigidari permitte. Massam tere, cui spiritum vini superfunde, ad eminentiam quatuor digitorum. Digere: donec colore rubicundissimo tingatur: menstruum separatum per balneum evoca. Hæc tinctura est verus pulmonum balsamus.

Tinctura Coralli.

Dissolve corallorum uncias duas, in libra una succi limonum, digerendo per octiduum, & postea filtrando. In hac tinctura dissolve sacchari albi uncias octo, & digere evaporando ad syrupi consistentiam.

Dosis cochlear unum in omni

fluxu



fluxu hepatico, dysenteria, & fluxu sanguinis.

Aliter.

Recipe coralli triti q. v. infunde in aqua acida, vel quercus, vel juniperi, vel Guaiaci, vel buxi rectificata, (sicut in capite de aquis destillatis docuimus) ut menstruum ad tres vel quatuor digitos emineat. Digere in fimo equino vel ejus vicario, ad octiduum. Quod dissolutum fuerit: effunde: & aliud acidum toties reaffunde: digere: & decanta donec coralli dissoluti fuerint. Dissolutiones per chartam emporeticam cola: vel filtra: & ad siccitatem destilla. Materiæ in fundo vasis relictæ affunde optimum vini spiritum. Is tingetur per digestionem octo dierum, instar sanguinis: separa liquorem tinctum à fecibus: aliũ reaffunde spiritum: digere: & decanta: donec omnem tincturam extraxeris. Tandem spiritum tinctum filtra: & coagula ad syrupi consisten-

tiam Si placet circulabis cum aquâ cordiali, vel adde ſaccharum in aqua roſaceâ diſſolutum; & reduc in ſyrupum.

Aliter.

Calcinantur coralli cum ana ſulphuris: & tinctura per acetum deſtillatum elicitur, digerendo per quinque vel ſex dies.


Aliter.

Coralli triti calcinantur, cum ana ſalis Petræ, per horam, igne ita moderato, ut Nitrum non liqueſcat. Poſtea calidè imponuntur in matracium, & ſpiritus vini ſuperfunditur; digeruntur per viginti quatuor horas. Spiritus tinctus effunditur, & alius reaffunditur: donec omnem tincturam attraxerit.

CAPUT XI.

DE Calcinatione ſalis communis, ſalis Petrę, Vitrioli, Lapidis Spongiæ. Criſtalli, Marchaſitæ argenti.

Calci-



Calcinatio Salis Communis.


Sal commune positum in cruciolo, vel alio vase terreo, & ferè ad ſummum repleto coopertoq; locatur inter carbones vivos, donec undique candeat, nec amplius crepet. Solvitur postea aquâ communi, filtratur, & in scutella nova vitreata coagulatur.

Calcinatio salis Petræ: sive Cristallum minerale, seu Lapis Prunellæ.

Sal Petræ venalitius solvitur aquâ communi, & per chartam emporeticam traijcitur: quô à sordibus omnibus expurgetur. Deinde vase vitreo decoquitur, & crebro despumatur, antequam coaguletur. Exſiccatus teritur, & tigillo mundo imponitur: ut inter prunas accensas liquefieri possit. Liquatæ libræ inijcitur florum sulphuris uncia una, non quidem simul una vice, sed pluribus, donec omnis pinguedo defla-

graverit. Flamma autem vitanda. Hæc ſalis ſolutio, filtratio, decoctio, deſpumatio, coagulatio, eliquatio & deflagratio ſi ter continuentur: ad medicinæ uſum ſufficienter præparatus eſt. Sal iſte drachmæ ſemis pondere, in aqua roſarum vel endiviȩ reſolutus, ſummum eſt in prunella arcanum. Gargariſatus enim omnem oris & colli immunditiem tollit: & ſi parum iſtius aquæ deglutiatur: ſedat omnē calorem internum, & cordi refrigerium præſtat. Cum vini ſpiritu ſumtus tuſſim ſedat: cum aqua hyſſopi tàm pulmonis, quàm hepatis obſtructiones expedit: anhelitum difficilem curat: vocem deperditam reſtituit, eamq́ue ſonoram reddit: ſi dimidia ejus drachma, cum ovi vitello mediocriter percocto, matutino tempore, à jejuno quotidiè ſumatur. Valet præterea in multis aliijs morbis tàm internis, quàm externis: ut latius Johannes Tholdeus

in



in sua Halographia, & Bernhardus
Penotus in libro de præparatione
medicamentorum Chymicorum
docet.

Calcinatio Vitrioli.

Exsiccatur ad albedinem, in vase
terreo, non vitreato: igne modera-
to: postea is augetur per horæ qua-
drantem, ut Vitriolum rubescat: &
tunc vocatur Colcothar.

Calcinatio Lapidis Spongiæ.

Lapis Spongiæ ignitur: & toties
in aceto destillato extinguitur: do-
nec in calcem resolvatur. Ejus usus
in calcinatione pro tincturâ elici-
endâ.

Calcinatio Cristalli.

Cristallum, per sex horas, in cru-
cibulo reverberatum, reduc in pul-
verem subtilem: & misce cum ana
salis Petræ: & denuò reverbera i-
gne vehementi, horas octodecim.
Fusum proijce in aquam cœlestem:
& quod indissolutum manserit, ex-
sicca, & reduc in Alcohol. Deinde


cum eâdem aquâ coque: donec instar pultis inspissetur: & expone super partes vitri, in calido, ut exsiccetur: iterumque reduc in alcohol: & si volueris, pone in humido, ut dissolvatur. Si quid indissolutum remanserit: repetitâ calcinatione cum nitro & alijs, ut suprà, fiet solubile.

Dosis, guttæ tres vel quatuor, cum ana olei juniperi contra calculum renum & vesicæ.

Aliter.

Candefac Cristallum clarum & ponderosum: eumque extingue in aceto destillato toties: donec minimo attactu in pulverem redigatur. Tum misce cum ana Salis Petræ, & reverbera per octodecim horas. Deinde multis ablutionibus, Sal fixum salis petræ extrahe: exsiccatum reduc in alcohol. Prodest in calculo, morbo caduco, disenteriâ, uberibus sterilibus. Si quis hunc pulverem impalpabilem ad prædictos af-

fectus



ctus magis subtiliare voluerit: di-
erat viginti quatuor horis in spiri-
vini: & per retortam destillet.
uod fixum remanserit: reverbe-
tur, ut supra, Digeratur & destil-
tur, toties, donec major pars cum
iritu vini ascenderit. Tum Spiritu
ini per destillationem separato,
uod in fundo vasis hæret, ponitur
humido, ut in aquam sive oleum
ssolvatur.

Calcinatio Marcasithæ Argenti.

Weismouth dissolvitur in aqua,
ctâ ex salibus, sulphureo & stipti-
o diaphano. Solutio sit clara, cui
ucleum rerum omnium liquidum
perfunde. Sic in momento præci-
itabitur in alcohol, instar nivis
andidissimum, quod ab omni acri-
moniâ vendicari & exsiccari
debet. Usus ejus ad cutis
vitia.

CAP.


CAPUT XII.

De Calcinatione Antimonij.

Calcinatio Antimonij.

RECipe Stibij electi libras quatuor, ſalis pręparati libras quinque. Pulveriſata miſceantur: & in vaſe terreo lato, plani fundi, ſuper fornacem reverberij agitentur, ſpatulâ ferreâ continuè movendo, ſpatio quinque vel ſex horarum, donec fumus ceſſet: & ſtibium fiat album & ſubflavum, (cavendum diligenter à liquefactione & fumo noxio) Conterantur poſteà in pulverem, & ſal affuſione aquæ calidæ & ſæpiùs frigidæ eliciatur: quod exſiccatum & pulveriſatum, ſublima per ſe in aludele, per decem aut duodecim horas. Floribus collect s caput mortuum tere: & ad rubedinem, menſis ſpatio reverbera: vaſe ita occluſo propter cineres: ut ignis ab operatione debita, ne impediatur.

Poſt



Post calcinationem, tincturam aceto radicato elice: & filtratione, menstrui separatione, & circulatione cum aqua cordiali, ulterius elabora.

Alia Stibij Calcinatio & pulvis Emeticus, sive Mercurius vitæ.

Recipe Antimonij pulverisati unc. quatuor.

Mercurij Sublimati unc. octo.


Misce simul: & destilla in cineribus, per retortam vitream: cui applicetur recipiens, aquâ communi semiplenum. Detur postea ignis per gradus: donec liquor gummosus, instar butyri, ad collum retortæ hæreat, quem apposito carbone vivo, fluere facies: & in aquam, in pulverem album præcipitabis. Postea paulatim detur ignis supressionis: donec liquor rubeus egrediatur. Tum amoto recipiente, & alio substituto; ignis intendatur per horam unam vel alteram: donec Mecurius ex sublimato sulphuri antimonij

junctus, ad collum retortæ, in Cinnabarim sublimetur: quam vase refrigerato colliges. Præcipitatum pulverem per noctem digeres: & aquam, spiritu Vitrioli, ex sublimato, impraegnatam, ad corallos & perlas dissolvendas separabis & servabis: aliam aquam sæpiùs præcipitato pulveri affundendo, donec omnis acrimonia tollatur, tandem aquâ cordiali ablue, & lentissimo calore exsicca. Dosis in robustioribus est gran. quatuor vel quinque, in debilioribus, duorum vel trium, in pomo cocto, vel conserva rosarum.

Prodest in peste: capitis morbis: febribus: lue venereâ, leprà, hydrope, ulceribus. In exhibitione autem hujus observandæ sunt *cautiones* elegantissimæ Crollij, quas tradit in sua Basilicâ Chymicâ, Earum *prima est:* quòd in usu Antimonij cavendum: ne adsint constipationes, Co-

Cautiones in exhibitione Antimonij observandæ.

lici



lici dolores, néve unum principalium membrorum læsum sit.

Secunda: ne ijs, quibus Antimonium offertur, vel ante vel post ejus assumtionem vena incidatur.

Tertia: ne Picrocholis, & ijs qui difficulter vomunt: ac qui viribus imbecillibus sunt præditi, offeratur: sed ijs qui ad vomitum proclives, stomachum fortem habent, thoracem amplum & latum, quique vomere aliàs sunt adsueti, & quibus humorum materia sursum fertur.

Quarta: quod, ubi sese vomitus movet; exhiberi soleat offa aut jus pisorum leviter coctorum vel gallinarum pingue, aut calidæ cerevisiæ haustus, reiterando, si opus, aliquoties, ut faciliùs vomatur, & medicamenti acceleretur actio.

Hepar Antimonij sive Crocus Metallorum.

Recipe Antimonij crudi lib. unam.
Salis Petræ unc. duodecim.

Misce:

Misce: & impone mortario ferreo ad latus posito: ubi ea prius benè triveris. Deinde adhibito saltem carbone vivo, accende: & subitò fiet Hepar Antimonij: sal Petræ posteà separa. Dosis gran. duodecim ad viginti, in infusione vini albi, aquæ cardui benedicti, vel alio convenienti liquore, in febribus pestilentialibus maximè.

Alia Stibij Calcinatio.

Per inferiora tantùm purgans. Recipe Antimonij electi.

Salis decrepitati ana lib. unam: Trita, & simul mista reverbera in crucibulo probè lutato, per duodecim horas, ignem paulatim àugendo. Vase refrigerato, toties aquâ dulci ablue donec omnis acrimonia tollatur. Postea exsicca & tere. Dosis à viginti quinque granis ad triginta quinque.

Regulus Antimonij.

℞. Antimonij.

Salis Petræ.

Tarta-

Tartari ana libram unam.
Tere: & misce, dein colloca crucibulum inter prunas accensas, ut cādeat. Tùm inijce cochlear pulverū: & statim operi, donec fumus cesset. Posteà amoto cooperculo, novos pulveres inijce & claude: ad finem usque ita continuando. Tandem da ignem fusionis, & crucibulum move ut regulus fundum petat. Crucibulo frigefacto, Regulum à fecibus separa, & serva:

Ex fecibus autem hujus fit SULPHUR AURATUM DIAPHORETICUM, hunc in modum: Recipe feces Reguli, ut suprà, præparati: easq; e reduc in lixivium per digestionem, vel ebullitionem, illudque calidè per chartam emporeticam traijce. Huic lixivio frigefacto, adde parum aceti destillati, & videbis crocum multis ablutionibus dulcoratum, & desiccatum seorsim collige, qui admirabile erit sudorificum, & sanguinis mundificati-
Sulphur Auratū Diaphoreticū.

vum,

vum, multis morbis depellendis aptissimum. Dosis à scrupulo semis ad integrum.

Regulus Martis Stellatus.


Recipe apicum clavorum equorum libram semis: Antimonij lib. unam. Candefac Martem in crucibulo: cui adde Antimonium tritum: & cooperi: dando ignem fusionis. Posteâ inijce per vices uncias duas Nitri: & tandem proijce in conum fusorium. Regulum in crucibulo funde: cui adde unciam unam Nitri per vices, ut suprâ, & proijce in conum. Hoc quater quinquies vel sexies repete: donec Regulum Martis habeas stellatum.

Antimonium Diaphoreticum.

Recipe Antimonij.
Salis Petræ ana libram unam.

Pulverisata simul misce: deinde pone crucibulum inter accensas prunas, ut candeat. Tum inijce uncias duas, aut circiter hujus mixtionis, & statim crucibulum operi: donec

fumus



fumus & ſtrepitus ceſſet. Poſtea amoto operculo, novos pulveres injice & claude: ita ad finem continuando. Tandem da ignem liquefactionis ad horæ quadrantem. Vaſe refrigerato: materiam exime & tere: miſcendo, ut ſuprà, cum ana Salis Petræ, eodem modo calcinando & elaborando ut ſuprà, Materiam tritam & ablutionibus edulcoratam, reverbera in vaſe terreo clauſo, ſpatio viginti quatuor horarum: donec pulvis fiat candidus: cujus doſis gr. quindecim.

Aliud.


Recipe ſpumæ venenatæ duorum draconum ſemel rectificatæ uncias quatuor: quibus calore reſolutis, ſuperfunde ſpiritus ſalis balſamici uncias totidem: deſtilla ex arena omnem liquorem, ad ſiccitatem usque. Terram exime & probè tere; cui liquorem deſtillatum reaffunde, cum uncijs duabus, ſpiritus recentis balſamici: & deſtilla ut priùs.

ûs. Postea, pulveri trito reaffunde destillatum cum alijs uncijs duabus ut supra: & procede rursus ut priùs. Massam tritam trade Vulcano Docimastico examinandam per quatuordecim horas: materiam continuè agitando ferreo instrumento puro. Tandem alcohol vini ab ea aliquoties abstrahe: ut remaneat pulvis siccus candidus: cujus dosis gr quatuor ad sex. Usus ejus singularis est in omnibus affectionibus pestilentibus, & febribus malignis populariter grassantibus.

CAPUT XIII.

De Calcinatione & præparatione Mercurij.

Mercurij substantia. MErcurius est corpus minerale, compositum ex terra subtili sulphureâ, & aquâ fortiter admixtâ. Substantia autem ejus terrea purganda est, à crassa terrestreitate sulphureâ: Aquæ verò substantia, ab humiditate superfluâ. Duplex autem




...tem est, naturalis & artificialis. *Mercurius naturalis.*
...aturalis activus & summè depura-
...s, in Almagro propè Calatrava,
...regno Castiliæ, reperitur vivus,
...r se fluens, & in Cinabari coagu-
...tus, qui ignis vi educitur. Hanc
...ineram antiquissimam. Plinius
...ocat vomicam liquoris æterni.
...uic similis reperitur in Idria, pa-
...o comitatus Goritz in Sclavonia.
...ed Hispanica bonitate excellit:
...uamvis Idria longè fertilior. Est
...utem admiratione dignum, quòd
...uamvis in vicinia Idriæ, singulis
...erè annis lues pestifera grassari: illa
...amen ab hac immunis nunquam
...on manere soleat: id quod viri
...rovectæ ætatis sese observasse, i-
...demq; à Majoribus suis accepisse,
mihi ante annos octo, eò loci pro-
fecto, sanctè confirmarunt. Ex
quo satis patet: ut & ex alijs exem-
plis innumeris: Mercuriū esse sum-
mum omnis corruptionis & putre-
dinis alexipharmacon. Non minus

& illud ſtupendum, prodigioque ſi-
mile: quod ibidem notavi. Senex
erat decrepitus, qui toto vitæ ſuæ
tempore, in paranda Cinabari, con-
ſumto, perpetuò tremebat: & aure-
um nummum manu compreſſum
ita dealbabat: ut color ejus nativus
omninò diſpareret.

Reperitur & alius Mercurius in
monte Gimnauoda dicta, ſex milia-
ribus à Cracovia, in Polonia, inter
Tarnava, Ribie & Streletzky, diſtã-
te, qui ſponte certis anni tempori-
bus, usque ad terræ ſuperficiem e-
rumpit: præſertim autem autumna-
li tempore: quamvis etiam circa fe-
ſtum Johannis Baptiſtæ, multa gra-
na piſorum inſtar, in radicibus gra-
minum, ibidem collegerim. Verùm
hic Mercurius nimis aqueus, & Scla-
vonico, ut & Hiſpanico longè infe-
rior. Invenitur etiam naturalis, in
multis alijs locis: & interdum in au-
ri & argenti fodinis.

Arti-



Artificialis fit modo satis trito, & *Mercurius artificialis.*
tistis noto, per sales resuscitativos,
m ex medijs mineralibus, quàm
etallis. Quin & in hac urbe plures
ros fide dignos & præcipuæ auto-
tatis dignitatisque novi: qui non
odò e mineralibus, sed etiam ex
nguine humano priùs calcinato,
ex plantis etiam, Mercurium vi-
um elicuêre.


Ille optimus, cujus drachma in *Mercurij bonitatis nota.*
ochleari argenteo puro, super car-
bones vivos posita, post evapora-
ionem, maculam relinquit flavam
vel albam. Sed qui cochlear deni-
grat: ita purgari debet: antequam
ad usum medicum adhibeatur.


Recipe Mercurij, *Purgatio Mercurij.*

Aceti distillati ana libram unam:
pone in matracio forti, cum mani-
pulo salis præparati: move strenuè
per horæ quadrantem, ut misceantur,
tur, & acetum denigretur: quod per
inclinationem cum Mercurio, in
scutellam vitreatam effunde, & to-

ties aquâ tepidâ ablue, donec omnis nigredo & salsedo separetur. Exsiccatum repone in matratium, cum aceto & sale ut supra, eundem laborem ter quaterve repetendo, & tandem per corium traijciendo. Sed hæc vulgaris & imperfecta purgatio: sequitur perfectior: Recipe Mercurium præcipitatum, Cinabarisatum vel sublimatum: misce cum duabus partibus sui ponderis Tartari usti vel calcis vivæ: destilla per retortam vitream, igne suppressionis, vel in reverberio clauso, adhibito recipiente amplo, aquâ semipleno. Ita accipies Mercurium magis deputatum, quàm modo præcedenti. Sed modus perfectissimus depurandi Mercurium, quò melior dari nō potest, est ejus amalgamatio cum corporibus perfectis: destillando aliquoties, per retortam, singulis vicibus, feces terreas, sulphureas, fœtentes separando, & denuò amalgamando, & tandem per corium traijciendo.

Præci-





Præcipitatus Albus.

Mercurius dissolvitur in aqua forti, & affusione aquæ salsæ præcipitatur in pulverem album. Dissolvens per inclinationem effunditur: præcipitatus multis ablutionibus cum digestione, omni salsedine & acrimoniâ privatur. Tandem exsiccatus aquâ rosaceâ abluitur & exsiccatur. Dosis interius à granis octo ad decem, in morbis venereis maximè: purgat per inferiora tantùm.

Præcipitatus rubeus.

Post dissolutionem Mercurij in aqua forti, fiat evaporatio ad siccitatem, igne violento: in fundo matratij hærebit pulvis rubeus præcipitatus, ulceribus maximè venereis aptissimus.

Mercurius præcipitatus.


EX OPTIMIS OPTIMIS.


Recipe Mercurij purificati uncias quatuor: affunde olei sulphuris rectificati uncias octo. Digere per

duos dies in arena: deinde per retortam destilla, cum tribus cohobijs; ultimò igne violento, ut retorta candeat, Massam albam exime & tere: aquâ destillatâ calidâ sæpius ablue: donec præcipitatum videas versum in pulverem flavissimum: super quem, Spiritum vini ter accendas, Ita securè intra corpus dari poterit. Dosis à gr. tribus vel quatuor ad sex, in extractis purgantibus, conserva rosarum aut sacchare rosaceo. Valet in infirmitatib. causatis ab humorum putredine, & morbis deploratis: purificat sanguinem in podagrâ, hydrope, & in omnibus febribus continuis summum est arcanum.

Alia Mercurij Calcinatio & præcipitatio.

Mercurium à sole vel lunâ destillatum & purgatum ut suprà, vel per se vel cum octavâ parte Solis vel Lunæ, præcipita in pulverem rubeum; modo quo sequitur: Accipe ma-
tra-





[m]acium parvum, colli prolixioris, [q]ui impone Mercurij uncias quatu[o]r: deindè super laminam ferream, [i]n fornace arenæ colloca, dando i[g]nem continuum, spatio quadra[g]inta dierum. Collum matracij su[p]er arenam eminere debet, ad sex [v]el octo pollices: & primis decem [v]el duodecim diebus, Mercurius, [q]ui ad collum matratij ascenderit, debet aliquoties quotidie baculo ferreo, cui alligatus sit pannus lineus, ad fundum ignitum (uti Geber docet) detrudi & præcipitari. Est autem hic modus præcipitãdi Mercurium, non modernorum, sed antiquorum philosophorum. Tempore finito: si quid Mercurij crudi, in matracio repertum fuerit: separari debet à pulvere rubeo, qui admirandas habet in medicinâ facultates. Est enim catharcticum præstantissimum in leprâ, blandè adeò aluum solvens, ut pueris & prægnantibus dari possit: acres humo-


res mitigat: pituitosas expurgat calidamq; ac siccam viscerum constitutionem emendat. Dosis gr. sex.


ALIA.

Dissolve Mercurium in aqua forti, & præcipita, ut artis est, per exhalationem omnis humiditatis, ut præcipitatus fiat rubeus. Pulverisatum impone matratio forti, superfundendo acetum ter destillatum, ut superemineat ad altitudinẽ quinque digitorum, dando ignem arenæ, ut acetum lentè bulliat, spatio sex horarum, & præcipitatus totus dissolvatur. Dissolutioni priùs filtratæ, superfunde liquorem animâ mundi imprægnatum: & statim separabitur Mercurius, à dissolvente, qui ablui & exsiccari debet. Dosis à gr. 4. ad 5.

Præcipitatio Mercurij in Momento.

Impone Smiridem rubeum pulverisatum crucibulo, exponendo spatio






spatio quatuor horarum, igni violento: donec quodammodo vitrescere incipiat, & lateribus crucibuli adhærere. Tunc ab igne ablatum, tritura in pulverem subtilem, & matratio impone: cui superfunde aquam Regis rectificatam, digerendo per viginti quatuor horas, postea per inclinationem, aquam tinctam effundendo, & aliam toties reaffundendo: donec omnem tincturam attraxerit. Depletiones ad oleaginositatem destilla. Hujus olei recipe unciam unam, infunde super uncias quatuor Mercurij crudi: sic in momento præcipitabitur: nec oleum Mercurio adhærebit. Si destilletur igni satis forti, post olei exhalationem, aliquid de Mercurio sublimabitur; major tamen pars manebit fixa. Ejus usus in augmentatione Solis & Vitrificatione rubicundissima.


Præcipitatus Diaphoreticus.

Dissolve Mercurium à Sole vel

Lunâ destillatum & purgatum u supra, in aqua forti, quam ex matratio colli prolixioris, cum alembico proportionato, abstrahe, igne tertij gradus, cum binâ cohobatione, ut Mercurius fiat rubeus, qui edulcorari debet calcinando in crucibulo, inter prunas accensas, continuò virgâ ferreâ movendo, per horę quadrantem circiter, vel cum aqua sequenti. Recipe Aceti destillati libras duas, phlegmatis aluminis libram semis, calcis reverberatæ testarum ovorum uncias sex: destilla simul ad siccitatem. Hujus aquæ recipe libras tres. Mercurij supradicti præcipitati lib. unam. Misce & digere per diem naturalem: postea destilla per alembicum, cum ternis cohobijs, ignem augendo sub finem, ut materia probè siccetur, quæ circulari debet per diem naturalem cum S. V. Postea destillatione separatur spiritus: & denuo circulatur & destillatur. Hoc quartò repeti

debet.





et. Hæc vera Mercurij præcipi-
præparatio ad infinitos morbos
ndos: & maximè luem venere-
ve interiùs sumatur,(quia ita
ratus saltem sudores provo-
sive exteriùs cum butyro, aut
nedicamento applicetur.

Præcipitatus Cinabaris Diaphoreticus.

Recipe Cinabaris vulgaris unciam unam.

Salis præparati drachmas duas. Simul tere, misce: & matratio impone, quibus superfunde olei Sulphuris per campanam facti uncias tres. Digere per triduum in cineribus: tandem igne violento, fac omnem humiditatem evaporare. Manebit in fundo massa alba, quæ frequenti ablutione edulcorari debet. Dosis à gr. sex ad decem, in morbis Venereis maximè. Datur cum conserva rosarum & uncijs quatuor vel tribus decoctionis sarsæ parillæ.

Mercurius Veneris Diaphoreticus.

R. Limaturæ Veneris unc. unam.
Mercurij meteorisari unc. duas.
Salis Mercurial. unc. duas semis.
Tritis, & simul mistis: inde ea matratio firmo, dando ignem arenæ: donec instar ceræ omnia liquescant. Tum matratium ita calens frigidæ impone: ut in partes dissiliat, & Mercurius subviridis effluat: quem exsiccatum in retortam parvam, cum spiritu Sulphuris vel Vitrioli, in cineribus, per diem naturalem, digerendum collocabis: & postea cum binis cohobijs in arena destillabis: tandemque ablues bis aut ter & ultimâ vice, aquâ cordiali. Præstantissimum remedium diaphoreticum Bezoarticum est, contra pestem. Si duodecim horis, à veneno hausto sumatur, à morte præservat.

Dosis gr. unum vel duo in aqua appropriatâ.

CAP.



CAPUT XIV.


De Calcinatione Saturni & Jovis.

CUm, teste Gebero, impossibilis sit corporum solutio, compositione ignoratâ: antequam metallorum calcinationes aggrediamur: de ipsorum naturâ obiter aliquid dicendum est. Rectè autem mihi sensisse videtur Hermes, pater ille philosophorum: dum dicit: Id quod est superius, est sicut id, quod est inferius: & vice versâ. Quâ ratione enim natura paullatim & successivè in terræ superficie, plantas & cætera vegetabilia producit: ita eadem in locis subterraneis, metalla quamvis tardiùs & longiori temporis spatio, ex vapore humido unctuoso, argenti vivi & sulphuris vitriolati, suo calore, mercurium decoquentis proprietates in se continente generat. Unde Hydrargyrus mater Metal-

Generatio metallorũ.

lorum dicitur; Sulphur verò pate- in ijsque quatuor elementa, quæ omnium corporum naturalium materia remota sunt, repræsentantur. Mercurius enim instar fœminæ, frigidus & humidus, aquæ & aëris rationem habet: sulphur autem tanquam mas, calidum & siccum, ignis & terræ vicem obit. Si quis materiam eorum, non tam halitum, quàm succum statuere velit, non repugnabo. Cum enim superiori æstate, in Hungaria, medici miliari à Schemnitz, in argenti fodinam, mille quingentos circiter cubitos profundam descendissem: à fossoribus, qui ob summum mineræ æstum, vestibus & ipso indusio exuti laborabant, didici: vapores minerales à centro terræ frequenter sursum ferri: eorumque lucernas & ipsosmet, ni subitò recedant, extinguere: aliquanto autem tempore pòst, in eodem loco illos halitus, ad parietes fodinæ in massam,

quæ



quæ levi contactu, inſtar olei fluat, coagulatos reperiri. Unde fortè quis inferre poſſet: vaporem eſſe materiam metallorum remotiorē: ſuccum verò ſulphureum & mercurialem, propinquiorem. Et ſunt mihi ad manum ex eâdem fodinâ, & ex alijs ſilices, quos ſeu vapor, ſeu ſuccus talis mineralis humidus unctuoſus undiquaque penetravit: & in quorum alijs, conſpicitur materia cruda, nec ſatis cocta: in alijs mediocriter excocta, ex quorum libra una, elici poſſunt drachmæ ſex argenti puri, & ſcrupulus ſemis circiter auri: in alijs perfectè decocta: ita ut argentum in ſuperficie pullulet, & in uno ramuſculi auri puri puti conſpiciantur. Etſi autem ſunt, qui ob frivolas quaſdam ratiunculas, Mercurium & Sulphur, metallorum materiam eſſe, inficiaſcant: tamen ſatius eſt, Philoſophis metallicis, & metallurgis credere, qui in omnibus fodinis & venis ea reperiri,

periri, uno ore attestantur. Ad quo
rum opinionem, & metallorum ex
coctores, ustores & probatores ac
cedunt: ut taceam, quòd Medici ple
rosque fossorum morbos, à Sul
phureis & mercurialibus spiritibu
crudis intra corpus admissis, oriri
& metalla, in externis affectibus, ea
dem præstare, quæ Hydrargyrum
Imò omnia metalla facili negotio
in argentum vivum, & argentum
vivum, in omnia metalla reduc
possunt.


Calcinatio Saturni.

Plumbum liquefit in matula ter-
reâ, vel ollâ ferreâ, purgaturque à
scorijs: deindè aucto igne, ut olla
candeat, continuâ agitatione, cum
spatula ferreâ, reducitur in calcem,
quæ cribellata, postea si diutiùs re-
verberetur, fit minium.

Calcinatio Jovis.

Recipe Stanni Anglici non sophi-
sticati (quod ex pondere & mallea-
tione dignosces) libras quatuor.

Lique-



Liquefac in olla plani fundi, & à corijs purga: deinde inijce aliquid ſalis Ammonij: & igne aucto, ut olla candeat; impone libram unam & ſemis ſalis præparati, ſpatulâ ferreâ jamdiu movendo; donec in calcem redigatur: quæ igne violento reducitur in corpus, & à ſale impuro & denigrato ſeparatur. Iterum miſcetur cum libra una ſalis præparati, & calcinatur, ut ſuprà. Calx abluitur ab omni ſalſedine, & reverberatur ad octiduum, donec vertatur in Alcohol. Sal affuſione aceti alkaliſati elicitur, digerendo aliquot diebus, poſtea filtrando & coagulando.

Aliter.

Jupiter poteſt etiam calcinari, ſicut Saturnus, ſine additione Salis. Vel poſſunt etiam calcinari in ſcutella ligneâ, cretâ oblitâ: ſi fuſi in crucibulo, effundantur in dictam ſcutellam, & ſubitâ agitatione moveantur.

Jupiter Diaphoreticus.


Recipe Jovis Anglici limati, v[ut] ut suprâ, in scutella ligneâ, vel te[r]reâ non vitreatâ calcinati uncia[s] duas: Mercurij sublimati uncia[s] quatuor: Simul misce: & per reto[r]tam destilla, igne arenæ, apponen[s] do vas recipiens, aquâ semiplenu[m], cumq; destillare inceperit, da igne[m] suppressionis moderatum, donec o[m]nis liquor destillaverit, & præcip[i]tatus fuerit in aquam. Quod autem ad collum retortæ sublimatur, ab[s]raditur, & cum eo, quod destillatum est, per noctem digeritur. Aqua spiritu Vitrioli imprægnata separatur, & ad usus servatur: calx verò exsic[c]atur. Dosis à gr. quatuor ad sex.


Caput XV.

De Calcinatione Martis & Veneris.

Calcinatio Martis.

Limaturam Chalybis à sordibus, ventilatione & ablutione dili-





ligenter emunda. Hujus recipe libras duas, salis præparati libras tres, misce simul, & in olla terreâ reverbera, per diem naturalem. Massam exime, & tere: dissolve in aquâ calidâ, & lava toties, donec ab omni salsedine & terrestreitate liberetur; exsiccatur deinde, & in pulverem subtilem, terendo & cribellando reducitur. Postea reverberatur per octo vel decem dies; donec superficies elevetur in crocum rubicundissimum impalpabilem: quo ablato: reliqua pars toties & tamdiu reverberatur; donec tota in crocum abeat. Vas terreum limaturam continens, habeat cooperculum, ne cineres super crocum decidant, ita tamen elevatum, ut inter vas & operculum, flamma liberum habeat transitum.

Alia.

Paratur etiam crocus Martis è lamina chalybis candente & scintillante, immissâ in magdaelonem

Sulphu-

Sulphuris, cujus vi liquescit & de-
cidit granulatim in vas fictile sup-
positum frigidâ vel aceto plenum.
Granula exsiccata teruntur in pul-
verem subtilissimum, &, si placet in
crocum reverberantur, spatio sex
vel octo horarum.


Virtutem habet deobstruendi,
aperiendi & attenuandi, quam et-
iam limatura chalybis acquirit, si
per simplicem aquam, in tenuissi-
mum alcohol redigatur.

Aliter.

Dissolve limaturæ Martis unciam
unam, in aquæ fortis uncijs octo: di-
gere per noctem: & destilla per a-
lembicum, aquam fortem, in arena.
Habebis unciam & semis croci ru-
bicundissimi.

Aliter.

Reverbera limaturam Martis,
cum ana Sulphuris triti, per quatu-
or aut quinq; horas. Virtutem ha-
bet aperitivam; sed majorem, si per
dimidiam tantùm horam calcine-
tur.



, cum duplo sui ponderis sulphu-
triti.

Alia Martis Calcinatio.

Digere lento calore limaturam
ri, vel chalybis, in aceto ter de-
llato donec coloretur. Decanta,
od tinctum est: & aliud acetum
affunde toties: donec omnem tin-
uram attraxerit. Depletiones fil-
atas destilla: & remanebit in fun-
pulvis rubeus, qui per diem natu-
lem reverberari debet in crocum
palpabilem. Virtutem habet con-
ingendi.

Aliter.

Crocus Martis etiam cum oleo
lphuris fit: infundēdo in cochlear
rreum, olei sulphuris & spiritus
ni partes æquales, evaporando
nto calore, ad consumtionem hu-
iditatis: postea si resideat ad ali-
uot dies, invenies pulverem subti-
ssimum, quem servabis in phialis
ptimè clausis, ne aër intret, quia
esolveretur. Si aliquot grana in
jusculo

jusculo sive liquore congruo dentur, verum hepatis restaurativum erit, conducens omnibus morbis qui inde oriuntur, ut hydropisi & similibus.

Calcinatio Veneris.


Dissolvitur Venus in aqua forti & affusione aquæ tepidæ, cum particula ferri vel argenti, præcipitatur ad fundum vasis. Vel laminæ Veneris reverberantur in æs ustum in fornace figulorum, quod facili contritione in calcem reducitur. Vel laminæ ponuntur in crucibulũ cum parte æquali sulphuris triti, faciendo S. S. S. & reverberantur tribus vel quatuor horis, in æs ustum.


CAPUT XVI.

De Calcinatione Lunæ & Solis.

Calcinatio Lunæ.

DIssolve Lunam in aqua forti: & affusione aquæ salsæ, præcipita ad fundum matratij, in calcem candi-






didam, quæ frequenti aquę com
nis affusione edulcorari debet,
xsiccari. Hujus calcis recipe un-
n unam: Salis præparati uncias
s: Salis ammonij drachmas duas.
c probè misce in mortario vi-
, & reverbera per octiduum.
citur postea tinctura cum spi-
vini alkolisato, & circulatur.
nfert maniæ & alijs cerebri affe-
bus.

Calcinatio Solis.

Fac amalgama Solis, per cæmen-
n repurgati, cum sex partibus
rcurij, ut sequitur. Accipe aurum
ninatum, quod in minutas parti-
as forficibus scinde: & in cru-
ulum mundum, inter carbones
os pone, ut aurum saltem ignia-
. Deinde ex alio tigillo, mercu-
m calefactum, super aurum ef-
nde, & bacillo misce: ut incor-
rentur. Tum projice in frigi-
m: & massam optimè lotam tra-
e per corium, & mercurium su-
perfluum

perfluum exprime, ut remanea
massa satis dura, quæ diu teri debe
cum duplo sui ponderis salis præ
parati, in mortario vitreo: ita ut ni
hil de amalgamate appareat. Ho
totum pone in crucibulum cooper
tum & lutatum, parvo saltem fora
mine pervium: & reverbera pe
diem naturalem: tali cautione ad
hibitâ, ne aurum liquescat. Hoc fa
cto: reperies aurum calcinatum
mercurium verò cum sale in aura
evolasse. Tum aurum denuò amal
gama: & per coriũ traijce ut supra
& misce cum duplo sui pōderis sul
phuris vivi & optimè tere: & pon
in scutellam terream vitreatam, su
perfundendo optimum vini spiri
tum, qui accendi debet. Post cuju
deflagrationem & sulphuris, repe
ries aurum spongiosum & valdè at
tenuatum: præsertim si idem pro
cessus bis vel ter repetatur. Aliqu
amalgama cum floribus sulphuri
terunt, & in crucibulo ponunt inte
carbo



arbones vivos, bacillo ferreo con-
nuè movendo, donec Mercurius
n auras abeat. Hæ veræ philoso-
hicæ preparationes sunt, ad aurum
otabile & alias operationes phy-
icas.

Antequam autem aurum calci-
etur calcinatione philosophicâ:
ebet, ut dictum est, cæmentari cæ-
ento vel vulgari, vel regali. Cæ-
entum vulgare ita fit: Recipe fa-
inæ laterum uncias octo.

Salis præparati unc. quatuor:
Vitrioli albi uncias duas:
Salis petræ,
Æruginis ana unc. semis.


æmentum regale, quod soli auro
robatissimo parcit, recipit.

Farinæ laterum partes quatuor:
Salis Ammonij,
Gemmæ,
Communis præparati, partes
singulas.

ommista uniantur: & urinâ hu-
ectentur. Quidam auri bracteas,

antequam componantur, candefaciunt, ſinuntq; refrigeſcere: ut ſi quid inquinamenti in cute hæſerit, id conſumatur, & liberiorem acceſſum & impreſſionem relinquat medicaminum acumini. Omnibus ritè præparatis: ollæ cæmentatoriæ inſpergitur pulvis æqualiter, craſſitie digitali. Huic imponuntur bracteæ urinâ irrigatæ, eo ordine & modo, ut æquali ſitu, ſe non contingant mutuo, ne corpus corpori cohærens id accendat: caloreque aucto, oras colliquet. Diſpoſitæ primo ordine bracteæ obruuntur medicamine, dimidij digiti craſſitie: ſequuntur bracteæ, atque ita viciſſim uſque ad ollæ marginem, quam tantum implere debet medicamen, quantum eſt in fundo, nempè ad craſſitiem digiti tranſverſi. Ultimò imponitur operculum ſine reſpiraculo, ſi pro cæmento vulgari; at ſi pro regali: operculum habeat foramen parvum. Ignis datur ad viginti

quatuo



quatuor horas: ita ut olla ſive pixis ſemper rubeſcat. Finito opere: bracteę pede leporino purgantur à pulveribus adhærentibus; & urinâ lavantur, & exſiccantur.

Omnium autem perfectiſſimum cæmentum eſt iſtud, quod ſequitur. Liquefac aurum cum duplo ſui põderis optimi cupri: reduc in lamellas tenuiſsimas inſtar Papyri: quas cæmenta per quadraginta vel quinquaginta horas, igne forti, faciendo SSS. ut in cæmento regali dictum eſt, cum farina laterum, ſale communi, colcothare, viridi æris & modico ſale armoniaco, cum aceto forti permiſtis. In hoc examine, totum cuprum evaneſcit, ſulphure ipſius incombuſtibili & tinctura, in auri ſubſtantiâ remanente: cum teſte Gebero, decimo octavo capite fornacum, à cupro extrahatur ſulphur mundiſsimum tingens & fixum. *Optimũ Cæmentum.*

Bezoarticum Metallicum.


Diſſolve in aqua Philoſophicâ,

ſolis puriſſimi drachmas duas: cu
adde guttatim liquoris gummo
ſepties rectificati unciam unam.
Fiet maxima ebullitio. Pone matra
tium ſuper cineres calidos, ad tre
vel quatuor horas. Tum præcipit
in aqua communi & ſæpius abluc
ultimò cum aqua cordiali; & tan
dem exſicca. Habebis lapidem ac
mirandæ virtutis: cujus grana ſe
ſudores egregiè movent.

Ceraunocryſon Diaphoreticum.

Diſſolve ſolem puriſſimum i
aqua philoſophica, & per noctem
digere in arena: Deinde ſuperfund
guttatim oleum Tartari: donec ce
ſet ebullitio, & calx auri ad fundu
vaſis præcipitetur, quæ multis ab
lutionibus edulcorari debet, & ign
lentiſſimo exſiccari, Doſis granc
rum trium vel quatuor.

Ex hoc Diaphoreticum para
poteſt adhuc præſtantius, hunc in
modum: Recipe Ceraunocryſi qui
que vel ſex grana: eaque impone i
vaſcu



vasculum argenteum, & superfunde spiritum vini rectificatum optimè, quem incende: & desuper vitrum cristallinum satis ampli orificij suspende. Quamprimum spiritus vini ardere desierit, ceraunochryson officium suum faciet, & pars quædam terrea ad parietes vitri sublimabitur. Hoc quater vel quinquies repete, & vitrum cum spiritu vini lava, ut calx fundum petat, quæ exsiccari debet. Dosis gr. unius aut duorum.

CAPUT XVII.

De Salibus.

Modus eliciendi sal essentiale ex herbis sine Calcinatione.


RECIPE cardui benedicti quantitatem magnam; contunde in mortario lapideo vel ligneo: postea in alveo amplo, cum magna aquæ quantitate coque, usque ad mediocritatem: deinde fortiter expri-

me & cola. Colaturam iterum co-que usque ad ſpiſsitudinem melli[s] liquidi. Succus iſte Cardui benedi-cti ponatur in vaſe vitreo, in loco frigido, per dies aliquot: & genera-bit in fundo vaſis ſal criſtallinũ, an-gulare, in modum ſalis gemmę. Ef-fuſo ſucco colligitur, & aqua cardu[i] benedicti abluitur & exſiccatur, quod diligenter ſerva. Eſt enim prę-ſtantiſsimum remedium in peſte, ſ[i] ejus grana duo plus minus, in Car-dui benedicti ſpiritu exhibentur, ſudores abundè provocant. Eâdem quoque ratione fit ſal ex alijs her-bis, qui multis modis antecellit ſa-lem, qui ex cineribus herbarum conficitur.

Sal Eſſentiale, Cremor, ſive Cri-ſtallum Tartari.

Recipe Tartarum Montiſpelien-ſe album, quod eſt optimum: redu[c] in pulverem, & fac in magnâ aqua quantitate, in cacabo æneo vel fer-reo bullire ad mediæ partis cõſum-

tionem



tionē. Tunc amove ab igne, & si vis, traijce per manicam Hippocratis, vel pannum lineum, in vas figulinū firmum. Ubi restixerit: aquam per inclinationem effunde: & salem parietibus vasis adhærentem, separatis fecibus, frequenti aquæ affusione collige: & iterum, ut supra decoque, lava, à sordibus separa & exsicca. Tandem reduc in pulverem: cujus dosis drachma una in jusculo, vel medicamine appropriato. Virtutem habet incidendi humores crassos & tartareos: meatusque obstructos aperiendi.

Sal sive Alkali Imperatoria.

Siccatam calcina ad albedinem: salem extrahe cum aqua ejusdem herbæ stillatitiâ, vel communi, digerendo per noctem. Postea aquam per inclinationem effunde; cavendo, ne feces turbentur; aliam usque tertio reaffunde, digerendo ut supra. Tandem depletiones filtra & coagula. Si coagulum non sit satis

album: calcina in crucibulo ad rubedinem; cavendo, ne liquescat deinde resolve, filtra & coagula.

Sic extrahitur sal ex omnibus herbis: sed tali calcinatione perit sal volatile, sive essentiale, manetque solum elementale.

Sal Tartari.

Sternitur Tartarum in vase terreo non vitreato plani fundi, crassitie digitali. Reverberatur postea ad albedinem usque spatio quinque vel sex horarum, igne ita moderato, propter fusionem, ut vas saltem candeat. Tartarum ita ad albedinem calcinatum, perfunditur aquâ communi; digeritur, filtratur, & coagulatur.

Sal Corallorum.

Hoc fit, digerendo corallos tritos, in aceto ter destillato, per noctem: postea filtrando, & acetum ad siccitatem evaporando. Sic sal corallorum manet in fundo vasis.

Vires ejus sunt excellentes. Sanguinem

uinem enim in universo corpore mundificat: pristinum sanitatis vigorem restituit: fluxus uteri, veneris, hæmorrhoidum sistit: roborat cor & stomachum: omnes obstructiones viscerum reserat, concretumq; sanguinem dissolvit. Prodest in hydrope, convulsionibus, paralysi, calculo, suffocatione matricis, si cum aqua affectui præter naturam conveniente exhibeatur. Dosis à granis decem, ad scrupulum unum vel duos pro ratione ætatis & vehementiæ morbi.

Sal Colcotharis.

Colcothar perfunditur aquâ pluviali, & sal digestione unius diei vel noctis in eam ingreditur, filtratur, coagulatur. Rubedo reliqua si sexies aut quinquies iterum calcinetur, & salsedo semper eluatur: tandem dulcis relinquitur, & vocatur dulcedo Vitrioli, quæ major est, si ex Vitriolo Veneris paretur, & præsens est in ulceribus malignis remedium.

Vitriolum Vomitivum.

Diſſolve vitriolum album in a-qua communi, filtra & coagula, re-pete hoc ſecundo, tertiò diſſolve in aqua roſacea & coagula.


Aliter.


Diſſolve vitriolum album in a-qua deſtillata: filtra: & in vaſe vi-treo aquam exhala, donec cuticu-lam ſupernè contrahat. Tum vas po-ne loco frigido, ut criſtallos produ-cat: quibus ſeparatis reliquum hu-morem evapora: & ut ſupra criſtal-liſa, hocque ſecundò repete. Tertiò criſtallos in aqua roſacea diſſolve, exhala: & ut ſupra criſtalliſa, igneq; lento exſicca. Doſis à ſcrupulo uno ad drachmam ſemis, in hauſtu vini vel cereviſiæ, aut conſervâ roſarum. Operatur feliciter in febribus, ven-triculi affectibus, catarrhis, lumbri-cis, peſte, &c.

Sal ſive Vitriolum Mar-tis.

Accipiatur ſpiritus Vitrioli, vel

olei





lei Sulphuris per campanam facti, licet non rectificati uncia una, cui ammisceantur unciæ duæ aquæ communis. Huic mistioni impone limaturæ ferri unciam unam, in matracio, quod obseratum colloca in cineres calidos, ut bulliat lentissimè, spatio sex horarum. Postea infrigidari sponte permitte: & invenies in vase generatum Vitriolum, viride, splendens, quod calore dissolvitur, frigore coagulatur.

Sal sive Vitriolum Veneris.

Cuprum calcinatum, sive squamas cupri reduc in pulverem subtilem, quem in aceto destillato, per diem naturalem digere. Tinctum acetum per inclinationem effunde: & aliud reaffunde toties; donec non tingatur ulterius. Depletiones filtra: & ex tribus partibus evapora, vel destilla: quod relinquitur in fundo vasis; ponatur in locum frigidum: sic generabitur Vitriolum viride, obscurum, splendens,

Aliter.

Laminæ Veneris cum ana sulphuris triti, ut dictum est in calcinatione Veneris reducuntur in pulverem subtilem: & in olla terrea, cum sulphure trito, calcinantur; continuò baculo cupreo movendo, donec totum sulphur ustum fuerit. Calx denuò teritur; & cum octava parte sui ponderis sulphuris triti calcinatur: ut supra teritur; & in aquam ferventem projicitur, baculo sæpius movendo, dum calx fundum vasis petit, donec aqua refrigeretur: quæ filtrata evaporatur ex tribus partibus, & ponitur in locum frigidum; ut cristallos cæruleos producat, vel ex toto evaporet.

Sal Saturni.

Calx Saturni sive Minium perfunditur aceto destillato, vel saltem ejus phlegmate: digeritur per diem naturalem, sæpius agitando: menstruum detrahitur, aliudque substituitur, donec omnis salsedo abstrahatur:

ratur: depletiones filtrantur, & in
cineribus vel arena coagulantur. Si
acetum tertiò destilletur à sale Saturni
cum cohobijs: postea superfundatur
vini Spiritus, & destilletur
cum trina cohobatione: sal sic
virtutem acquirit admirandam in
sanandis diversis morbis. Si ejus sex
grana dentur in peste, cum vino albo:
curatur æger intra viginti quatuor
horas. In hydrope dantur tria
grana in vino albo, quatuor diebus
continuis: In colica sex grana cum
vino albo: In lepra itidem sex, cum
aqua Fumariæ, continuè per octodecim
dies. Saccharum hoc intra
corpus sumptum, frigiditate suâ, libidinem
etiam veneream exstinguit:
ac propterea utile ijs, qui in
cœlibatu vivunt. Extrinsecus usurpatum
mira præstat in ulceribus
corrosivis, malignis, cancrosis, lupo
& similibus. Contra putredinem oris
etiam, & impetigines, ambusta,
inflammationes, tumores, pustulas

 faciei

faciei rubras, præstantissimum e
medicamentum: si cum oleis aut a
quis convenientibus applicetur.

CAPUT XVIII.

De Floribus.


Flores Benzoini.

BEnzoinum teritur, & ollæ roti
dæ imponitur, deinde claudit
duplici charta emporetica, conv
luta in modum manicæ Hippocr
tis: & datur postea ignis ad subl
mationem idoneus: floresque niv
sæpiùs colliguntur.

Valet ad asthma, & omnes pu
monum morbos. Dosis scrupul
semis in liquoribus vel syrupis id
neis. Topicum etiam remedium e
ad tubercula & ruborem faciei.

Flores Sulphuris.

Parantur miscendo æquales pa
tes sulphuris & colcotharis perf
ctè rubificati exsiccatique; & sub
mando, ut in Antimonio (spatio t
mo



men octo horarum operatio hæc perficitur, nec tanto opus est igne, ut in Antimonio) dicetur. Secundò sublimantur cum saccharo candi solo, ut majus ad asthma & alias pulmonum affectiones conferant auxilium. Fit etiam hęc florum pręparatio, miscendo ad libram unam sulphuris, libram unam & semis farinæ laterum: Vel, ad libram sulphuris, addendo Colcotharis & salis decrepitati ana libram semis: Vel, per se etiam absque ullâ additione.

Flores hi valdè resistunt putredini, ac propterea in peste tam præservationis, quàm curationis gratiâ, vel in aqua Cardui benedicti, vel Theriacâ, vel syrupo citrio, vel aquâ Melissæ, ad drachmam unam utiliter usurpantur. Præservant à febribus & epilepsiâ. Sudorem in lue venerea promovent. Conducunt in omnib. morbis, qui exsiccatione opus habẽt: in omnib. pulmo-

num affectibus, asthmate, tussi antiquâ & recente, catarrhis ad pectus defluentibus: pleuresi, colicâ: apostematibus & putrefactionibus corporis.

Flores Antimenij.

Electum stibium in subtilem pulverem redactum, ex aludele terreo in alembicum rostri expertem quidem, sed tamen in vertice pervium ad humidos spiritus emittendos, cum mobili cono, sublimetur secundum artem, dando ignem per gradus ad decem vel duodecim horas, ad flores albos excipiendos: ad citrinos; per viginti quatuor horas: ad rubeos, per triginta sex, ignem continuando & augendo.

Mercurius sublimatus.

Recipe Mercurij purgati per salem præparatum, acetumque, & per corium trajecti.
Vitrioli rubificati.
Salis præparati ana lib. unam.
Salis Nitri uncias quatuor.

Ter-

Terantur, & misceantur simul in mortario lapideo, cum modico aceto, tamdiu, donec Mercurius nullo modo appareat vivus. Omnia benè mista pone in cucurbitam lutatam: cui superpone alembicum rostri brevis: dando ignem per gradus, ut artis est, per octo vel decem horas. Aqua fortis, quæ primò effluet, servetur. Pro secundâ sublimatione: ad libram unam sublimati, addantur salis præparati unciæ duodecim, & Vitrioli unciæ quatuor. Si tertiò: sale tantùm sublimetur.

Sublimatus dulcis.

Recipe Mercurij purgati ut supra, uncias sex.
Mercurij sublimati uncias octo.

Tere simul, & misce cum libra una colcotharis perfectè rubificati. Deindè sublima ex matratio, in arena, spatio quinque vel sex horarum. Secundò sublima cum media libra colcotharis. Tertiò per se tantum.

Qui

Qui voluerit, loco colcotharis uti poterit sale præparato. Finitis sublimationibus, massa redigitur in pulverem subtilem, qui aqua rosacea abluitur & exsiccatur. Dosis à viginti granis ad triginta, in lue Venerea.

Aliter.


Recipe Mercurij sublimati unc. sex.
Foliorum Lunæ uncias duas.

Tere simul: misce: & sublima ex matratio, in arena. Vase refrigerato: partem volatilem separa: fixiorem & cristallinam tere: & cum fecibus in imo vasis relictis, misce: secundò & tertiò sublimando, ut supra, & tandem abluendo. Dosis à gr. sex, ad octo, vel decem. Purgat suaviter.

Manna Mercurij.

Dissolve Mercurium in aqua forti. Postea aquâ marinâ præcipita: & ex cucurbita, per arenam destilla, ignem sub finem augendo, ut Mercurius ad latera vasis sublimari pos-

sit



fit. Vaſe refrigerato, fecibus in imo vaſis ſubſidentibus abjectis, ſublimatum ſeorſim collige: & iterum in eâdem aquâ diſſolve, & deſtilla, ut ſupra. Habebis Aquilam cœleſtem nive candidiorem: cujus uſus in morbis venereis maximè. Doſis à granis decem ad quindecim. Purgat tantùm per inferiora.

CAPUT XIX.

De Magiſterijs.

MAgiſterium eſt, quando corpus miſtum ita præparatur arte chymicâ, citra extractionem: ut omnes ejus partes homogeneæ ſerventur, in nobiliorem vel ſubſtantiæ vel qualitatis gradum traductæ: exterioribus impuritatis ſegregatis.

Magiſterium Tartari.

Recipe olei Tartari ex ſale reſoluti & purificati uncias quatuor: Spiritus Vitrioli unciam unam: Quem guttatim ſupra Tartari oleum in vitrum capax inſtilla: fiet

coagu-


coagulum albiſſimum. Humiditas ſupernatans evocetur lento calore ad ſiccitatem ſalis: ſuper quem deſtilla ter vel quater vini ſpiritum: atque ita habebis Tartarum album vitriolatum fixum.

Uſus ejus eſt in omnium viſcerum obſtructionibus: calculo: nephritide: ictero: menſium retentionibus: melancholiâ: ſplenis duritie: febribus: hydrope: ſi convenienter exhibeatur. Doſis à ſcrupulo ſemis ad integrum.

Magiſterium Perlarum & Corallorum.

Diſſolve corallos ſive perlas tritas in aqua, valde acida facta cum ſpiritu vitrioli. Digere per noctem: & ſuper diſſolutionem prius filtratam injice guttatim oleum Tartari: & fiet inſtar lactis. Superfunde aquam cómunem, & digere: ſic præcipitabitur pulvis candidus ad fundum vaſis. Aqua ſeparatur, & alia ſuperfunditur ter vel quater: donec

omnis



omnis acrimonia ſeparetur. Tantem pulvis exſiccatur & ad uſus ſervatur.


Margaritæ temperie & viribus aurum valde æmulantur: ac propterea ſpiritus cordis vitales corroborant: palpitationem cordis, animi deliquium & vertigines tollunt: & meritò omnibus cordialibus medicamentis miſceri debent: appetentiam Veneris excitant: melancholię reſiſtunt: dentes dealbant: memoriam confortant, & fœtum in utero: omnes pravos humores in corpore exiſtentes exſiccant: & à varijs morbis omnes corporis humani partes præſervant. De corallorum viribus, in ſale eorum dictum eſt.

Magiſterium, lac, cremor ſeu Butirum Sulphuris.

Rec. florum ſulphuris unc. unam.
Miſce: & ſuperfunde
Aquæ communis libras tres.

Digere in arenâ, per diem naturalem: ita ut ſub finem aqua ferè bul-

bulliat: postea filtra calidè per chartam emporeticam: & superfunde aceti destillati q. s. Sic cremor lacteus sulphuris paulatim petet fundum. Separa dissolvens per inclinationem: & reiteratis ablutionibus materiam edulcora. Ultimò digere cum aquâ cordiali, & exsicca: & ita habebis lac sive cremorem sulphuris albissimum: qui balsamum est humidi primigenij: confortat vires naturales: sanguinem purificat, morbos pulmonum, uti tussim, asthma, phthisin curat: in exsiccandis catarrhis, ventositatibus stomachi tollendis, schiatica & podagra summoperè commendatur esse utilis: ab apoplexia, peste, lepra, & nervorum convulsionibus præservativum egregium: hecticis etiam suâ cōfortatione prodest. Tantum pulveris cum aquis specificis commiscetur; quantum ad eas albicante colore tingendas satis est. Datur manè & vesperi cochlear unum; &
ante



te exhibitionem accuratè cum
hiculo humido commiſcetur.

Aliter.

Fit etiam: miſcendo ſulphur tri-
m cum arenæ vel vitri tuſi ana æ-
ualibus partibus: & deſtillando
r retortam, igne moderato: appo-
endoque vas recipiens, quod ace-
m deſtillatum contineat. Et ſic
bſtantia ſulphuris deſtillata præ-
pitabitur in pulverem album,
uem exſiccabis. Hoc antidoto u-
batur Princeps Auraicus contra
eſtem.

Aliter.

Lac ſulphuris fit etiam cum ſul-
hure & arenâ miſcendo cum aqua
itæ, & deſtillando in cineribus per
etortam. Valet ad cancros Vene-
eos, ulcera maligna, ſerpigines, li-
henes, &c.

CAPUT XX.

De Tincturis Solidiuſcu-lis & Panaceis.


Tinctura Antimonij.

FAc capitellum ex cinere clavellato, calce vivâ, & cineribus cõmunibus ana: in quo dissolve Hepar Antimonij; digerendo in arena per noctem; ut ferè bulliat. Tincturam separa: & filtra: & si placet, per acetum, in pulverem croceum præcipita, ac multis ablutionibus edulcora.

Panacæa Vitrioli.


Dissolve Vitriolum cæruleum, in aquâ pluviali destillatâ calidâ; quam tertiò filtratam lento balnei calore evaporare facies; donec cuticulam in superficie contrahat. Tum liquorem restantem calidam proijce in vas plumbeum, in quo priùs bacillos hinc inde transversos, per circuitum posueris. Ita per triduum in loco frigido relinque: ut cristallos virides producat: quibus separatis liquorem restantem decoque: & in eodem vase plumbeo repone: toties id repetendo;

donec



donec omnis liquor in criſtallos a-
ierit. Vitriolum ſmaragdini colo-
is, his reiteratis diſſolutionibus &
oagulationibus ſummè depura-
um reduc in pulverem ſubtilem,
uem ſpatio quinque vel ſex dierum
li calore exſiccabis, ut æſtivalem
olis non excedat: donec foris &
tus candidum appareat. Tum diſ-
lve in aqua deſtillata: filtra: quod
diſſolubile, abijce: coagula in va-
plumbeo: exſicca in hypocauſto,
albedinem, ut ſupra: reiterando
nc operationem, usque tertiò, vel
onec in diſſolutione nihil maneat
diſſolutum. Vitriolum hoc candi-
m pone in matratium firmum, ſi-
llo Hermetis munitum: quod in
neribus ita calidis colloca: ut ſo-
æſtivi calorem non excedat. De-
mo die flaveſcet: vigeſimo redu-
tur in alcohol, fietque inſtar ſan-
inis rubicundiſſimum. Vaſe fra-
o impone in cucurbitam altam, &
ſuper funde acetũ tertiò deſtilla-

tum: ut supereemineat, quatuor a
minimum digitis. Superpone alem
bicum cæcum, & per quatriduu
in balneo tepido digere, spatulâ l
gneâ quotidie movendo. Vase r
frigerato: quod tinctum est effund
aliudq; acetum reaffunde: digere
move: separa toties; donec acetu
ulteriùs tincturam non attrahat.
Quod in fundo remanserit, abijc
endum. Acetum tinctum lento ba
nei calore ad siccitatem destilla
Manebit in fundo pulvis rubicu
dus, quem etiam tertiò in eodem
ceto dissolves: digeres: separabi
destillabis: exsiccabis. Pulverem r
bicundissimum pone in retortam
adhibito receptaculo grandi, dan
ignem per gradus. Primò egredi
tur spiritus flavus, postea rubicu
dissimus. Continuetur ignis in e
dem gradu: donec appareant spi
tus albi. Tum cessandum. Vase
frigerato: reperies in fundo reto
tæ terram diaphanam, puram, c
did



didiſſimam, quam ſpiritibus ſupra dictis paulatim imbues, digerendo, imbibendo: donec ſpiritus & anima proprio corpori ſint reſtituta. Tandem terram hanc benedictam, in athanorem, in vaſe hermeticè clauſo, per quadraginta dies decoque, donec figatur. Doſis ejus à granis tribus ad quinque vel ſex in morbis deploratis maximè.

Panacæa Solaris Diaphoretica.

Stomachus ſtruthionis paracelſi.
Rec. aquæ philoſophicæ lib. unam,
Mercurij ſublimati unc. duas.
Miſce: & in hac aqua ſolve Mercurij; tantum, quãtum ſolvi poteſt. Diſſolutio tardè procedit: ac propterea opus eſt digeſtione. Solutioni adde liquoris gummoſi unc. duas. Miſce, & deſtilla, idque bis vel ter, donec aqua nullas feces poſt ſe relinquat. In omnibus deſtillationibus adſcendet Mercurius ſubli-

matus, quem ſingulis vicibus in aquam repones. Hac aquâ extrahitur quinta eſſentia metallorum mineralium & marcaſitharum.

Spiritus vini Tartariſatus.

Deſtilla feces vini exſiccatas, in modum aquæ fortis. Aquam & oleum ſepara & ſerva. Interim feces ad albedinem calcina, quas oleo ſupradicto imbibe: & ut ſupra deſtilla, & calcina, toties id opus repetendo: donec oleum fuerit clarum, ut aqua, & dulce, nec aduſtionem ſapiat. Ita habebis quintam eſſentiam tartariſatam, quæ corroſiva omnia ex metallis tollit.


Solis ſublimatio.


Recipe Solis per Antimonium purgati & in bracteolas ſecti, vel ejus loco,

Solis foliati uncias duas.

Stomachi Struthionis unc. quatuor.

Solve: & deſtilla per alembicum, igne forti ſub finem, ad ſublimationem





nem usque, ut vitrum candeat Vase frigefacto: cohoba & destilla idque ter repete, singulis vicibus, quod sublimatum fuerit, separãdo. Quartò destilla lentè phlegma, & iterum novum affunde ad uncias quatuor: & fac ut priùs, donec tota aqua consumta, & omne corpus exaltatum & sublimatum fuerit in albedinem exaltatæ aquilę, id est, Mercurij sublimati. Tunc lauda Deum. Denuo totum sublimatum repone cum phlegmate, destillando phlegma sine adscensione spiritus.

Mercurius vitæ.

Fit, ut est in Archidoxis Paracelsi, libro de arcanis, cum parte una Antimonij, & parte una, vel secundum alios, duabus Mercurij sublimati. Rectificatur postea, & solvitur supra marmore vel vitro, deinde congelatur, destillando phlegma, & modicum aciditatis; donec guttæ in phlegma decidentes incipiant præcipitari. Tum amoto reci-

piente & alio substituto, destillatio igne moderato urgetur. Hoc quater repeti debet: quartò massa erit clara & alba.


Conjunctio Solis sublimati & Mercurij vitæ.

Recipe Solis sublimati, sive olei ejusdem supradicti sine phlegmate partem unam.

Mercurij vitæ clarificati partes duas.

Misce simul: & lento igne destilla spiritus. Quod coagulatum remanserit, solve supra marmore, tertiò solutionem & coagulationem repetendo. Tum supra hanc materiam affunde duas partes quintæ essentiæ tartarisatæ, destillando per alembicum ad siccitatem usque reaffundendo aliam desuper toties donec essentia dulcis destilletur, u imposita fuit. Quo facto: supe hujus medicinæ partem unam, af funde partes quatuor spiritus vin sine phlegmate: digerendo, done

cor



consumatur. Sic habebis solis & Mercurij vitæ conjunctionem: cujus dosis guttarum quatuor, in vino albo. Prodest in omnibus morbis desperatis, & ijs, quorum causa est occulta.





TYROCINII CHYMICI LIBER TERTIUS, DE QUINTA ESSENTIA.

CAPUT I.

De Essentia quinta sanguinis humani.




Uintæ Essentiæ vocabulum homonymum eſt. Interdum ſignificat quamvis ſpeciem Chymicam craſſitie materiæ elementaris, copulentisque fecibus exutam: ac opponitur magiſterio, in quo tota ſubſtantiæ moles ferè remanet, ſed exaltata & depurata.

Inter-

Interdum, ut nos eam hîc accipimus, denotat ſubſtantiam æthereeam, cœleſtem, ac ſubtiliſſimam; è tribus principijs cujusvis corporis miſti ſoluti, à qualitate elementari ſenſibili, corruptibili & mortali, per varias operationes chymicas, orbatis, & in unum, ſeu corpus ſpirituale, ſeu ſpiritum corporeum coagulatis, conflatam. Dicitur à quibusdam Medicina, καθ' ἐξοχὴν: ab alijs Elixir, ob inſignes virtutes, quas in præſervatione corporis humani à varijs morbis, exerit: ab alijs Cœlum, duplicem ob rationem. Primò, quòd ſicut cœlum, non ex quatuor elementis; ſed materiâ quadam ethereâ & quinto quaſi elemento factum, nec corruptioni ulli obnoxium eſt: ita & quinta eſſentia vera, ab omnibus fecibus elementorum ſit ſecreta: ac quamvis non planè incorruptibilis: attamen ad eam ſubtilitatem, tenuitatem & ſimplicitatem ſpiritualem reda-

cta, ut nihil heterogenei, à quo corrumpi possit, in se continere videatur. Deindè, quòd sicut cœlum in hæc sublunaria potenter agit, rebus omnibus vitam largiendo & conservando: ita etiam hæc quinta essentia corporis humani valetudinem conservet, juventam extendat, senectam remoretur, & omne morbi genus abigat.


Cæterùm quinta essentia sanguinis humani paratur hunc in modū. Recipe. quantitatem satis magnam sanguinis virorum sanorum, in flore ætatis constitutorum: pone in vase circulatorio justæ capacitatis in B.M. continuè bulliens, donec Draco propriam caudam devoraverit. Vasis refrigeratis materiam exime quæ instar hepatis erit, eamque in particulas scinde: & per cucurbitas altas, eodem balnei calore, elementum aqueum sive phlegma destillatione separa. Destillatum super propriam terram reaffunde & po-



ne in B. bulliens in ijſdem vaſis circulatorijs, per decem dies ut ſupra, poſtea phlegma deſtillando & propriæ terræ reaffundendo, ut ſupra, quinquies eundem proceſſum repetendo, & ultimò totum phlegma deſtillatum reſervando. Vaſis frigefactis, materiam exime, & retortæ amplæ inde, adhibito recipiente capaci: deſtilla ex cinerib. elementum aëris, igne graduato. Nubeculis in recipiente diſparentibus, ignis intendatur: ut elementum ignis in forma olei rubri ſive purpurati egrediatur. Sub finem ſublimabit ſe aliquid de ſale Armoniaco. Vaſis refrigeratis: ſepara aërem ſive ſpiritum ab igne, ſive oleo, vel blāda deſtillatione balnei, vel per tritorium. Spiritum cum ſale armoniaco reaffunde fecibus, digere per triduum: & per retortam novam deſtilla, ſub finem dando ignem ad ſublimationem idoneũ, ut totum ſal ſpirituale, vel ſaltem major pars ſublime-

 tur,

tur, & cum ſpiritu in recipiente miſceatur. Novum ſpiritum fecibus reaffunde: digere: & deſtilla toties, ut ſupra: donec terra privetur animâ: quod cognoſces, quando ſuper laminam candentem poſit, fumum non ediderit. Notandum, antequam ſpiritus animetur, debere ſepties rectificari; ſingulis vicibus phlegma & fæces ſeparando: & pars ejuſdem ſeorſim reſervari, pro diſſolvente parando, ut poſteà dicetur. Nigrum nigrius nigro calcina in reverberio, ſpatio quinque dierum, igne moderato, in vaſe undique clauſo: donec nigredo vertatur in albedinem ſubflavam, & tandem in rubeum colorem. Tum terra apta erit ad ſuſceptionem ſpiritus animati. Imbibe terram calcinatam proprio phlegmate, & per viginti quatuor horas in cineribus digere & deſtilla; hoc ter repetendo. Terræ exſiccatæ da decimam partem ſui ponderis ſpiritus




us animati: digere in balneo, quantum satis: postea humiditatem insipidam destillatione blandâ separa. Reaffunde nonam partem spiritus animati: digere: destilla ut supra. Deinde da octavam partem spiritus animati: posteà septimam: sextam: quintam: quartam partem: tamdiu cum quarta parte imbibendo; donec terra in duplum sui ponderis accreverit. Et hoc est, quod Avicenna dicit: Scias, quod terram oportet nutriri, primò modicè aquâ suâ, & postea majori, sicut videre est in infantis educatione. Idcircò multoties contere terram & paulatim imbibe eam, de octo in octo diebus: decoque: & postea mediocriter calcina in igne: nec tædeat te opus multoties reiterare: quia terra fructum non gerit absque frequenti irrigatione. Caveas tamen, ne imbibas terram, nisi paullatim, & cum longa contritione, post siccationem terræ. Unde in

hoc eſt pondus ubique notandum, ne ſcilicet nimia ſiccitas, vel ſuperflua humiditas opus corrumpant. Et in tantum decoque aſſando, quantum diſſolutio expoſcit imbibendo. Hæc Avicenna. Unde etiam Geber ait: ex multiplici ergo reiteratione imbibitionis & aſſationis, major pars ejus aqueitatis deletur; reſiduum verò per ſublimationem.

Pone itaque terram prædictam in cucurbitam altam, cui alembicū cum receptaculo ſimul adapta, rimulis diligenter conſtipatis, ne quid reſpirare poſſit. Et da ignem cinerum, ſpatio duorum dierum, quouſque fumus ille mundus & albus adſcendat, & inſtar Talci ad latera cucurbitæ hæreat Et hoc eſt, quod dicit Clangor buccinæ: Idcircò quantò magis poteris, ipſum corpus ſubtilia: & cum mercurio mundo coq; cumq; corpus aliquam partem mercurij in ſe hauſerit & concluſerit ipſum ſubtilia citò igne & fortiori

quo



quo poteris: donec aſcendat in ſimi-
itudine albiſſimi pulveris, in modū
nivis, adhærens ſpondilibus Aludel.
Cinis verò in fundo manens eſt fex,
& ſcoria vituperata abijcienda, in
qua nil vitæ habetur.

Prædicti mercurij meteoriſati ac-
cipe unciam unam: miſce cum ſe-
ptem uncijs ſpiritus rectificati non
animati. Digere per biduum in bal-
neo, poſtea deſtilla per cineres: de-
inde per balneum cum reiteratis
cohobijs; donec nullas relinquat fe-
ces. Tandem per quadraginta dies
circula. Uſus ejus ad tincturas me-
tallorum lapidum eliciendas.


Ex eodem Mercurio & ejus oleo
fit Elixir ad deſperatiſſimos quoſq;
morbos pellendos, in hunc modum:
Recipe hujus Mercurij unciam u-
nam: cui adde octavam partem ſui
ponderis olei rectificati: decoque in
Athanore per octiduum: poſtea im-
bibe cum ſeptima parte: & ut ſu-
pra, decoque: deinde cum ſexta par-
te:

te: tandem cum quinta toties reiterando, donec materia fiat instar Syrupi spissi, nec ulterius decoctione induretur. Tum per quadraginta dies decoque: & fiet lapis rubicundus, cujus dosis granum unum, vel duo in liquore appropriato.

CAPUT II.

De quinta vini essentia.


POne vinum generosum per mẽsem, in ventrem equinum vel ejus vicarium, in vasis circulatorijs justæ amplitudinis. Postea destilla in B. M. spiritum in cucurbitis altis, quem quater rectificatum, singulis vicibus separando phlegma, septies adhuc destilla: ita ut ex libris quadraginta vini, unam separes spiritualiorem (nam quod inter spiritum & phlegma destillatur, aqua ardens est) Spiritum vase vitreo semipleno probe obturato, ne respiret, serva loco frigido. Interim phlegma destilla residuum usque ad mellis liquidi



quidi consistentiam. Quod prolectum est, redde fecibus: & iterum lento balnei calore tres partes evoca: deinde cucurbitam exime: & pone loco frigido, ut cristallos producat: quos ab omnibus sordibus elutos toties dissolves & coagulabis; donec aquæ limpidissimæ glaciem æmulentur. Interim si artis vim & oleum pingue & combustibile è vino quæris: phlegma à cristallis separatum in B. usque ad mellis liquidi spissitudinem destilla: postea in retorta per arenam pelle. Aqua oleo flavo mista priùs egredietur: deinde oleum rubrum: ultimò resina. Cristallis minutissimè tritis superfunde spiritum superiùs servatum: digere in B. per triduum: postea in arena destilla: toties eundem processum repetendo; donec spiritus perfectè propria anima impregnetur; & corpus planè aridum super laminam candentem positum fumum non edat. Tum corpori prius, ut

ùs, ut artis eſt, calcinato ſuperfunde octavam partem ſui ponderis ſpiritus animati: digere & deſtilla ut prius: deinde da ſextam partem ſpiritus: poſtea quintam: deinde quartam, toties cum quarta parte continuando, donec major pars corporis ſuper laminam candentem poſita in auras abeat. Tunc impletur, quod Morienus dicit: Hoc quoque te ſcire decet: quòd anima citò corpus ſuum ingrediatur, quæ cum corpore alieno nullatenus conjungi poteſt. Habito hoc ſigno, vaſi ſuperpone antinotorium: & da ignem cinerum ſpatio duorum dierum, donec ſulphur vegetabile ſpondilibus vaſis inſtar Talci adhæreat. Hujus ſulphuris accipe unciam unam. Spiritus puri uncias quatuor: miſce & digere per diem naturalem: deinde deſtilla in cineribus cum cohobijs donec totum corpus adſcenderit. Tunc bis per balneum bulliens deſtilla & per ſexaginta dies circula


ſepa



paratâq; hypostasi, quę circa fundum pelicani hærebit, serva quintam vini essentiam, ad infinitos morbos curandos, tàm interiùs, quàm exteriùs usurpandam.

Potest etiam hæc quinta vini essentia breviori tempore perfici. Imò cum hæc ederem: præsentibus & spectantibus quibusdam meis discipulis, spatio quinque septimanarum eam absolui: & auri tincturam rubicundissimam eadem elicui. Multę enim sunt viæ, teste Gebero, ad unum effectum & unum intentum. Non possum autem non satis mirari hoc loco: spiritum vini Gallici aut Gemanici circulatum, mirabilem illum odorem non referre, quem Baptista Porta vino Neapolitano tribuit his verbis: Tunc resera osculum, & si foras mirabilis fragrantia manabit, cui nulla res comparari poterit: scito te optimum finem assecutum. Quod si odor vel color non responderit: reclude vas, & iterum

um ad circulandum repone, donec signum assequaris. Atqui nec Italicus vini spiritus, teste Rubeo, tali præditus est odore. Ille enim cap. secundo, sectionis secundæ libr. sui de Destillatione in hunc modum scribit: Utinam viveret nunc vir clarissimus, medicusque præstantissimus Eustachius Sancto Severinas. Is enim, ut de me taceam, experientia ipsa, quàm fecerat diligentissimè, testari posset, aquam ardentem, si non mense solùm integro, sed duobus atque etiam tribus mensibus, imò vel anni toto circulo, ut Raimundus præscribit, ageretur, ad id odoris suavitatisque nunquam perventuram, ac potius calidiorem indies, acrioremque fieri, ut quisquis velit, facilè potest experiri & ratio ipsa ab igne ac motu desumta persuadet. Quamquam illud non absolutè de aqua ardente simplici ac pura, ut posteriores putarunt, Raimundus intellexit, sed de ea, in quâ




nâ dissolutum fuerit metallicum
orpus. Canone enim secundo pri-
ni libri sic scribit: Hæc verò quin-
ta essentia sic circulo acta & recti-
ficata, non illo prædita odore fue-
rit, nisi corpus sit destillatum in eâ.
Unde constat: Portam talem quin-
tam essentiam vini non è fornacu-
lis, sed ex scriptis Lullij & Rupscissæ
malè intellectis depromsisse.

CAPUT III.

De quinta Corallorum essentia.

PRimò destillanda est magna a-
ceti acerrimi quantitas cum se-
paratione Phlegmatis ad hoc opus
inutilis, novum singulis vicibus, su-
per priores feces destillando, donec
centum circiter libras aceti per B.o-
ptimè rectificati habeas. Requirun-
tur etiam triginta ac minùs libræ
corallorum rubeorum in pulverem
subti-


ſubtilem redactorũ: matratia item
plurima, ampla_: colli prolixioris
quibus ſingulis libra una corallori
imponatur, acetum paulatim & pe
vices, propter nimiam ebullitione
affundendo; donec ad quatuor au
quinque digitos ſupereminea_
perque diem naturalem in B. dige
rendo; uſque dum acetum dulce
ſcat, & colore flavo imbuatur. Tun
menſtruum decantandum, novur
reaffundendum; donec diſſolubil
diſſolutum fuerit. Menſtruum pe
B. ex cucurbitis altis repetatur_:
ad ſingulas ſalis libras, unciæ du
aceti affundantur & deſtillentu
deinde unciæ quatuor addantu
poſtea ſex: ita paulatim & per vic
alendo, tandemque infuſiones de
uncia in unciam minuendo: don
acetum tam acre atque impoſitum
fuit, deſtilletur. Phlegma omne i
ſipidum deſtillatum aſſervandum
Salia ſale aceti armoniaco impr
gnata in vapore calentis balnei fe
menta




untanda ibidem: donec odor gra-
, & color ater appareat relinquē-
, quæ veræ putrefactionis sunt in-
ia. Cumq; hæc apparuerint: sales
oluti calidè in retortas imponen-
eò quòd statim in frigido conge-
tur: & per balneum vaporosum
l cineres phlegma separandum;
nec vapores siue fumi albi con-
ciantur. Tunc cessandum: & destil
io per arenā in reverberio clauso
ntinuanda usq; dum omnes spiri-
s egressi fuerint, & oleum rubrum
nguinis instar guttatim effluxerit.
ces servandæ ad usus, ut postea di-
tur. Liquores omnes destillatos
loratissimos, & instar aquæ arden-
s flammam concipientes pone in
curbitas altas, & lento balnei ca-
re à phlegmate separa: & loco fri-
do in vitris probè obturatis serva:
stea igne aucto, phlegma urge, &
oleo separatum ad usus repone.
terim feces superiùs reservatas
lcina in Athanore, spatio quinque
dierum

dierum, in vaſe undique clauſo, u Geber lib primo Summæ, cap. quinquageſimo, ſequentibus verbis docet. Modus itaq; calcinationis ſpirituum eſt: ut eis ad fixionem approximātibus, adminiſtretur ignis ſucceſſivè & paulatim illum augendo, ne fugiant: quouſq; maximum eos tolerare ignem contingat, & vas eorum ſit rotundum, vitreum, benè ſpiſſum, ne fundatur undique clauſum: & ut inquit Lullius, ne inflammationem præſtet: Aut ſecundum Alphidium, ſpiritus diſpergantur per aëra: quod quæritur enim non fieret. Poſtea vaſe aperto detur ignis per gradus: ut feces nigræ cineritij coloris fiant: à quibus ſal eliciatur cum phlegmate priori reſervato, quod filtretur & coaguletur. Poſtea eundem ſalem diſſolve in phlegmate poſteriori ſervato; donec purum evadat, quod calore moderato exſiccari debet. Hujus ſalis recipe uncias duas: digere in B. per triduum:

poſtea





postea levi B. calore destilla aquam insipidam quam seorsim serva. Reitera eandem operationem ; donec sal in duplum sui ponderis, proprio sale armoniaco impraegnetur & augeatur, vel etiam paulo plus, vel donec spiritus tam acer aut fortis destilletur à suo sale, atque cum impositus fuit. Tum sal in vase idoneo pone ad sublimandum in cineribus spatio duorum dierũ dando ignem per gradus. Ita sublimabitur ad latera vasis materia candidissima, instar nivis, quae dicitur verum Philosophorum Sal Armoniacum. Hujus salis Armoniaci recipe unciam unam, Spiritus rectificati unc. quatuor: Misce simul & per biduum digere: deinde destilla cum cohobijs; donec totum sal cum spiritu adscenderit. Hęc materia trinna circulari debet; donec exaltatio voto responderit. Sic habebis quintam Corallorum essentiam: caelestem substantiam, ab omni fece terrenâ immunem, Mer-


curium vegetabilem & minerale
Clavem Philosophicam solidissi
quævis corpora aperientem, ad m
dicamenta virtutum admiranda
rum paranda, modo omni-
bus veris Philoso-
phis noto.

FINIS.



NO








NOVUM LUMEN CHYMICUM,

E naturæ fonte & manuali experientiâ depromptum, & in duodecim Tractatus divisum:

Cui accessit;

Dialogus Mercurij, Alchymistæ & naturæ.




PRÆFATIO AD LECTOREM.

OMNIBUS CHYMICAE ARTIS INQUISITORIbus, Genuinis videlicet Hermetis filijs, autor salutem & benedictionem à Deo precatur.


CUM mecum perpenderem, Candide Lector, multos adul-


terinos libros, falsaq; ut vocan
Alchymistarum recepta, Imp
storum fraude & avaritiâ comp
sita, in quibus ne scintilla qu
dem veritatis elucet, inter natu
ralium occultarumq; artium in
dagatores versari, quibus & qu
plurimi decepti sunt & adhuc de
cipiuntur, nihil me utilius factu
rum existimavi, quàm si Talen
tum à Patre luminum mihi con
creditum, cùm filijs & hæredibu
scientiæ commune haberem, ut &
posteri animadverterent, non so
lùm prioribus seculis, verùm et
iam hoc nostro, singularem illam
Dei benedictionem Philosophi
cam, quibusdam hominibus non
fuisse denegatam. Nomen meum
certis de causis publicare non con-
sultum visum est, dum non mihi
laudem quæro, sed Philosophiæ a-
mato-



atoribus prodesse studeo: Ideò unam gloriæ cupiditatem relinquo illis, qui malunt VIDERI quàm ESSE. Quæ hic in veritatis Philosophicæ indubitatæ attestationem scribo, paucis comprehensa, à Manuali experientiâ mihi ab Altissimo concessa, deprompta sunt, ut ij, qui in hac laudatissimâ scientiâ, prima & realia posuerunt fundamenta, hac hortatione, pulcherrimarum rerum exercitationem non deserant & sic à sceleratâ Fumiventorum turbâ, cui dulce est decipere, tuti sint Non sunt somnia, ut ignarum vulgus loquitur, nec mania otiosorum hominum commenta, ut stulti & insipientes, qui artem rident. Veritas est ipsissima Philosophica, quam ut Veritatis amator, in veritatis Chymicæ


micæ immeritò proclamatæ subsidium, & confirmationem, occultare, aut silentio involuere, nō debui, nec potui: quamvis hisce malignis temporibus (ubi virtus & vitium æquiparantur) propter sæculi indignitatem, hominumq́; ingratitudinem & infidelitatē (ne quid de Philosophorum maledictionibus loquar) in publicum prodire maximoperè pertimescat. Possem adducere Chymicæ hujus veritatis testes, autores videlicet gravissimos juxta unanimem venerandæ Antiquitatis in tot diversis Nationibus consensum: At, quæ experimento oculari videntur, probatione non indigent. Viderunt illam sine veste DIANAM, hisce elapsis annis (sciens loquor) multi & supremæ & infimæ sortis homines: & licèt reperiantur






antur quidam maleferiati, qui
ut ex invidiâ, aut malitiâ, aut
etu detectionis imposturarũ sua-
um, clamitent auro suam animã
osse extrahi, & pomposa ac vanâ
stentationis delusione alieno red-
li corpori, non sine temporis, la-
borum, ac sumptuum jacturâ & de-
rimento: sciant pro certo Herme-
tis filij, ejusmodi animarum, ut lo-
quuntur, sive ab auro, sive à Luna
(quacunque viâ vulgari Alchy-
misticâ) extractionem, meram
esse persuasionem, quod qui-
dem à multis non creditur, sed
tandem per experientiam, uni-
cam & solam veritatis magistrã,
cum damno verificatur. E contrà,
qui (via Philosophica) hoc sine
fraude & fuco præstare possit, ut
vel minimum metallum sive
cum lucro, sive sine lucro realiter

colore Solis vel Lunæ (in omnibu examinibus requisitis permanēte) tingat: Illum jure affirmare possum, habere fores Naturæ aperta ad ulteriora, & altiora arcana investiganda, & cum Dei benedicti one acquirenda. Porrò præsente hos Tractatus, mea experientia conscriptos scientiæ filijs offero, ut dum omni cogitatione, motuq; animi in Naturæ occultis operationibus inquirendis versentur, inde rerum veritatem, ipsamq; Naturā perspiciant, & cognoscant: In quâ re solâ totius sanctissimæ Artis Philosophicæ perfectio consistit, modò viâ Regiâ, quam natura in omnibus operationibus præscribit, progrediantur. Ideò hîc Candidum Lectorem admonitum velim, ut scripta mea, non tàm ex verborum cortice, quàm è Naturæ viribus intelligat,






rat, ne posteà tempus, laborem, & sumptum frustrà expensum deploret: Consideret Sophorum hanc esse scientiam, non imperitorum: Et longè alium esse Philosophorum sensum, quàm ut eum percipiunt, vel Thrasones gloriosi, vel literati irrisores, aut contra conscientiam vitiosi, qui dum virtutibus emergere non possunt, sceleribus & honestorum virorum calumnijs id moliuntur) vel imperiti circumforanei, qui suis dealbationibus & rubefactionibus, cum indignissimâ laudatissimæ scientiæ Chymicæ diffamatione, universum ferè mũdum deceperunt. Dei enim donum est, siquidem ad eam, non nisi solâ Dei intellectum illuminantis gratiâ, per patientem & religiosam humilitatem perveniri possit, aut per ocularem experti præceptoris

demonſtrationem: Quapropter à Deo alienos, meritò à ſecretis ſuis procul abigit. Quod reliquum eſt, filios artis unicè rogo, ut meum benè de ipſis merendi ſtudium, animo grato accipiant, & cum OCCULTUM fecerint MANIFESTUM, atq; Dei nutu, conſtanti labore in optatum portum Philoſophicum appulerint, Philoſophico more omnes indignos ab hac arte excludant, amoriſq; erga proximum egenum in timore Dei, poſtpoſitâ vanâ oſtentatione, memores, Optimo ter Maximo pro ſpeciali hoc munere, ſine abuſu, in tacito & piè gaudenti ſinu, ſempiternas gratitudinis laudes decantent.

Simplicitas veritatis ſigillum.

TRA-




TRACTATUS PRIMUS.


De Natura, quidnam ea ſit, & quales ejus debeant eſſe ſcrutatores.

MUlti Sapientes, doctiſſimique viri, ante complura ſecula, imò Hermete teſte, ante diluvium, multa ſcripſerunt de conficiendo lapide Philoſophorum & tot nobis reliquerunt ſcripta, ut niſi Natura indies operaretur, credibilia nobis, vix jam aliquis verum exiſtimaret eſſe NATURAM, quia ſuperioribus ſeculis non tot inventores rerum fuerunt; nec etiam anteceſſores noſtri, aliud quicquam conſiderarunt præter Naturam ipſam, & Naturæ poſſibilitatem: Et quamvis illi in ſimplici tantùm Naturæ viâ manſerint,

ea tamen invenerunt, quæ nos nunc in tot rebus versantes, vix nostris ingenijs potuissemus imaginari: Hoc fit, quia nobis Natura, & Generatio rerum in orbe jam vilis simplexque videtur: Et ideò ingenia nostra non ad res cognitas, sed ad talia, quæ non, vel vix fieri possunt, intendimus: quapropter ita etiam nobis succedit, facilius excogitare res subtiles, & quas ipsi Philosophi nescirent, imaginari possumus, quàm ad verum Naturæ cursum, & Philosophorum sensum pervenire: Et sic Natura hominum comparata est, ut ea quæ scit negligat, alia semper quærat, multò magis ingenia humana, quibus Natura subdita est: Exempli gratia, vides quemlibet artificem, cum jam ad summam artificij sui perfectionem pervenerit, alia quærit, aut eo abutitur, aut planè desinit: ita etiam generosa Natura semper agit, usque in ipsum


Iliadum,





Iliadum, hoc est, Terminum ultimum, posteà cessare: Nam indita est Naturæ promissio quædam ab initio ut per cursum integrum possit ad meliora venire, & requiem habere plenariam, ad quam omni conatu tendit, & gaudet suo fine, non aliter, ut Formica senio, cui in senectute Natura creat alas. Ita nimirũ & nostra ingenia eousque progressa sunt, præsertim in Arte Philosophicâ, seu lapidis praxi, ut jam ferè in ipsum Iliadum pervenerimus. Nam Ars Chymiæ ejusmodi subtilitates nunc invenit, ut vix majores possint reperiri, & eatenus differt a veterum Philosophorum Arte, prout Faber Horologiorum à simplici Fabro ferrario: Et licèt ambo tractent ferrum, nihilominùs neuter sciret alterius labores, quamvis ambo sint in suâ arte Magistri. Si hodie revivisceret ipse Philosophorum pater Hermes, & subtilis ingenij Geber, cum profundissimo RAYMUNDO

LULLIO, non pro Philnſnphis, ſed potiùs pro diſcipulis à noſtris, Chymiſtis haberentur: Neſcirent tot tot hodie uſitas diſtillationes, tot circulationes, tot calcinationes, & tot alia innumera Artiſtarum opera, quæ ex illorum ſcriptis hujus ſeculi homines invenerunt, & excogitarunt. Unicum tantùm nobis deeſt, ut id ſciamus, quod ipſi fecerunt, lapidem videlicet Philoſophorum, ſeu Tincturam Phyſicam. Nos dum illam quærimus, alia invenimus, & niſi ita uſitata eſſet procreatio humana, & natura in eo ſuum jus teneret, jam vix non deviaremus. Sed ut revertar ad propoſitum: Promiſi in hoc primo Tractatu Naturam explicare, ne nos à ſimplici viâ verâ, vana deflectat imaginatio. NATURAM igitur dico, Unam, veram, ſimplicem, integrã, in ſuo eſſe, quam Deus antè ſecula fecit, & ſpiritum ei incluſit: ſcito autem Naturæ terminum eſſe Deum,
qui





qui & naturæ principium eſt, ſiquidem nullum ſinitur initium niſi in eo, in quo incipit. Dixi unicam eſſe tantum, per quam Deus omnia facit, non quòd Deus ſine illâ operari neſciret, (ſiquidem ipſe Naturam fecit, & omnipotens eſt) ſed ita ſibi placuit, & fecit: Res omnes ex illâ Naturâ unicâ proveniunt, nec eſt in orbe aliquid extra Naturam: Et quamvis aliquando abortus fiant, hoc non eſt Naturę, ſed vel artificis, vel loci vitium. Natura hæc diviſa eſt in loca quatuor, in quibus hæc omnia operatur, quæ apparent, & in umbra ſunt, ſiquidem res potiùs in umbra ſunt, quàm ut verè appareant: Mutatur in mare & fœmina, & Mercurio aſsimilatur, quia ſe jungit varijs locis & ſecundùm terræ loca bona vel mala, res pro ducit, licèt nõ ſint loca mala in Terra, prout nobis videtur: Qualitates autem ſunt tantùm quatuor, & hæ omnibus inſunt rebus neque concordant, ſemper

una

una excedit aliam: Natura autem non eſt viſibilis, licèt viſibiliter agat, nam eſt ſpiritus volatilis, qui in corporibus ſuum agit officium, locum & ſedem ſuam habet in voluntate Divinâ, nobis hoc loco ad nil aliud ipſa prodeſt, niſi ut ejus loca ſciamus, quæ ſint ipſi convenientiora, vel propinquiora, hoc eſt, ut ſciamus conjungere rem rei, ſecundùm Naturam, ne miſceatur lignum homini, aut Bos vel animal metallo, ſed quodlibet agat in ſuum ſimile, & tunc etiam Natura ſuum præſtabit officium. Locus Naturæ non eſt alius, quàm ut ſuprà dictum, in velle Dei.

SCRUTATORES Naturæ, tales eſſe debent, qualis eſt ipſa Natura, veraces, ſimplices, patientes, conſtantes &c. & quod maximum, pij, Deum timentes, proximo non nocentes; Poſteà diligenter conſiderent, num propoſitum ſuum cum Naturâ concordet, an ſit poſſibile,





b exemplis discant apparentibus,
x quibus videlicet rebus quid fiat,
quomodo, & in quali vase Natura
peretur; Nam si tum simpliciter
liquid vis facere sicuti ipsa facit
Natura, sequere Naturam, sin verò
ræstantiùs quid moliris, quàm Na-
ura, id animadverte, in quo, & per
uid melioratur, & semper in suo
l fiet simili: Exempli gratia, si cu-
ís metallum (quæ est nostra inten-
io) ulterius quàm Natura fecit, in
irtute promovere, Naturam ac-
ipere oportet Metallicam, & hoc
n mare & fœmina, aliàs nil efficies.
i enim intendis ex herbis creare
Metallum, laborabis in vanum,
sicuti etiam ex cane vel be-
stia lignum non pro-
duces.




TRA-


TRACTATUS SECUNDUS.

De operatione naturæ in nostro proposito & spermate.

NATURAM jam dixi esse veram, unicam, ubique apparentem, continuam, quæ cognoscitur ex rebus productis, lignis videlicet, herbis, &c.

Dixi etiam scrutatorem Naturæ esse opertere veracem, simplicem, patientem, constantem, unicæ saltem rei animum applicantem &c. Nunc de Naturæ actu incipiēdum: sicuti Natura in Dei velle est, & Deus creavit illam, vel imposuit omni imaginationi, ita Natura fecit sibi semen, hoc est, velle suum in Elementis: Illa est quidē una, & tamen res profert diversas, sed nil operatur sine spermate, quicquid sperma vult, operatur Natura, nā est instar







Artificis alicujus instrumentum. Sperma igitur uniuscujusque rei meliùs & utilius est Artifici, quàm Natura ipsa: Nã è Naturâ sine spermate efficies tantum, quantum sine igne, auro vel argento Aurifaber, aut sine grano & semine agricola. Habito spermate, Natura præsto aderit, sive ad malũ, sive ad bonum. Operatur illa in spermate, ut Deus in libero hominis arbitrio, & hoc est magnũ miraculum, quod Natura obedit spermati, non coacta, sed propria spõte, sicuti & Deus omnia cõcedit quę Homo vult, nõ coactus, sed ex proprio velle: Ideò homini liberũ dedit arbitrium, sive ad malũ, sive bonũ. Sperma igitur est Elixir cujusque rei, vel quinta Essentia, seu perfectissima rei decoctio, & digestio, vel sulphuris Balsamum, quod idem est, quod Humidum Radicale in Metallis. Magnus quidem hîc de hoc spermate posset institui sermo, sed nos tãtùm ad propositum in ar-

te Chymicâ tendimus: Quatuor elementa generant ſperma, voluntate Dei & imaginatione Naturæ: quemadmodum enim viri ſperma habet centrum, ſeu vas ſui ſeminis in renibus, ita quatuor Elementa motu indeſinenti (quodlibet ſecundum ſuam qualitatem) proijciunt ſperma in terræ centrum, ubi digeritur, & per motum emittitur forâs: Centrum verò terræ eſt quidam locus vacuus, ubi nil quieſcere poteſt: In Excentrum (ut ita loquar) ſeu centri marginem & circumferentiam, quatuor Elementa ſuas proijciunt qualitates, ſicuti vir ſuum emittit ſemen in uterum mulieris, in quo nil manet de ſemine, ſed poſtquam debitam matrix accepit portionem, ceterum eijcit forâs. Similiter in centro terræ accidit, ut vis Magnetica partis alicujus loci rem ad ſe attrahat, convenientem ſibi ad pariendum aliquid, cæterum eijcitur forâs in lapides & alia excre-

cre-







rementa: Nam omnes res ex eo fonte habent originem, nec quicquam in toto mundo naſcitur, niſi per hunc fontem: Exempli gratiâ, Habeatur in aliquâ menſa planâ vaſculum aquæ, quod locetur in menſæ medium, & circum circa ponantur res variæ, & colores varij, item ſal, &c. quodque ſeparatim: effundatur poſtea aqua in medium, videbis illam aquam hinc inde diffluere, & cum rivulus unus attinget colorem rubeum, rubefiet ab illo, ſi ad ſalem, ſalis ſaporem mutuabitur, & ſic de cæteris. Aqua enim loca non mutat, ſed locorum diverſitas mutat aquã. Simili modo è centro terræ ſemen vel ſperma à quatuor elementis in centrum projectum ad varia loca tranſit, & ſecundum loci Naturam naturatur res; ſi pervenit ad locum terræ & aquæ purum, fit res pura, ſemen & ſperma omnium rerum eſt unicum, & tamen varias res generat, uti è ſequenti apparet exemplo:

Viri ſemen, eſt ſemen nobile, & ſaltem ad generationem hominis eſt creatum; nihilominùs, ſi vir abutatur eo quod eſt in ejus libero arbitrio, naſcitur abortus: Nam, ſi contra graviſſimas Dei inhibitiones vir iniret vaccam, aut aliam beſtiam, facilè conciperet beſtia viri ſemen, quia Natura nō eſt niſi una, & tunc non naſceretur Homo ſed beſtia & abortus, ſiquidem locum non invenit ſemen ſibi competentem. Tali inhumanâ & deteſtandâ commixtione virorum cum beſtijs varię beſtiæ producerentur hominibus ſimiles. Ita enim fit, ſi ſperma intrat centrum, naſcitur quod inde naſci debebat, ſed cùm jam in locum venit, & concipit, non ampliùs mutat formam, verùm dum adhuc in centro ſperma eſt, æquè facilè ex illo ſpermate produci poteſt arbor, quàm metallum, tàm citò herba quàm lapis, & unus pretioſior altero, ſecundùm puritatem loci: ſed quomodo


Ele-





[e]lementa ſperma generent, nunc
[n]obis dicendum eſt, & hoc modo
[fit]: Elementa ſunt quatuor, duo
[ſu]nt gravia, & duo levia; duo ſicca,
[d]uo humida, ſed unum maximè ſic-
[c]um, & alterũ maximè humidum,
[ſ]unt maſculina & fœminina &c.
[E]orum quodlibet per ſe eſt prom-
[p]tiſſimum ad producendum res ſibi
[ſi]miles in ſphæra ſua, & ita voluit
[A]ltiſſimus. Hæc quatuor non quie-
[sc]unt, ſed ſemper invicem agunt, &
[q]uodlibet per ſe emittit ſuum ſub-
[ti]le, ac in centro conveniunt. In
[c]entro verò eſt Archæus, Naturæ
[se]rvus, qui ea ſpermata miſcendo
[pr]oicit foràs. Quomodo autem id fi-
[at], in Epilogo horum duodecim
tractatuum copioſiùs
videre eſt.







TRACTATUS TERTIUS.

De vera prima Metallorum materiâ.

PRIMA Metallorum materia duplex est, sed una sine alterâ metallum non creat. Prima & principalis est: Humidum aëris calidita-te mixtum, hanc Philosophi Mercurium nominarunt, qui radijs solis & lunæ gubernatur in mari Philosophico. Secunda est: terræ caliditas sicca, quam vocarunt sulphur, sed quia omnes veri Philosophi hanc maximè occultaverunt, nos pauló lucidiùs illam explicabimus, pondus prȩsertim, quo ignorato, omnia destruuntur, inde fit ut multi ex re bonâ producant abortus: Sunt enim, qui totum corpus pro materiâ seu semine, vel spermate sumunt, alij frustum, & hi omnes à recto declinant tramite. Exempli gratiâ, si quis

viri







i pedem, & mulieris acciperet
num, & vellet ex hac commiſtio-
creare hominem, non eſſet poſſi-
. Eſt enim in quolibet corpore
trum, & locus vel ſeminis, ſeu
rmatis punctum, & ſemper 8200.
s, etiam in ipſo grano tritici, &
c aliter eſſe non poteſt: Nam non
um granum vel corpus vertitur
emen, ſed tantùm eſt in corpo-
ſcintilla aliqua neceſſaria, quæ
io corpore cuſtoditur, ab omni
ceſſivo calore & frigore &c. Si
bes aures & ſenſus, hîc animad-
rte & ſecurus eris, non tantùm ab
s qui locum ſpermatis ignorant,
umque granum in ſemen redu-
e nituntur, verùm etiam ab his
nnibus, qui in ſolutione metallo-
m verſantur vanâ, & metalla per
tum ſolvere volunt, ut poſtea ex
orum cõmixtione mutuâ, novum
cent metallum. At hi, ſi naturæ
oceſſum conſiderarent, viderent
m ſe habere longè aliter; Nam

nullum metallum est tam purum, quod non habeat & suas impuritates, unum tamen altero pauciores vel plures. Sed tu, amice Lector, primum observabis Naturæ punctum, ut supra dictum, & satis habes, sed hanc tibi habeto cautelã, ne in metallis vulgi illud quęras punctum, in quibus non est, nam hæc metalla, præsertim aurũ vulgi mortua sunt, sed nostra sunt viva, spiritum habentia, quæ omninò sumenda sunt: scito enim metallorum vitam esse ignem, dum adhuc in suis mineris sunt, & mortem etiam ignem, fusionis videlicet. Prima verò metallorum materia est humiditas quædam mixta aêre calido, & est in formâ aquæ pinguis, adhærentis unicuique rei puræ vel impuræ, in uno loco tamen abundantiùs quàm in altero, quod fit, quia terra est in uno loco magis aperta, & porosa, vim attractivam habens, quàm in altero: Provenit aliquando per se in lu-

cen






rem, induta veste aliquâ, præsertim in locis, ubi non habet adhærere alicui, cognoscitur ita, quia res omnis ex tribus principijs est composita: In materia verò metallorum unica tantùm sine conjunctione, exceptâ veste, vel ejus umbra, scilicet sulphure, &c.


TRACTATUS QUARTUS.

Quomodo metalla in terræ visceribus generantur.

PRODUCUNTUR metalla hoc modo, postquam quatuor Elementa virtutes suas proijciunt in terræ centrum, Archæus distillando sublimat calore motus perpetui in terræ superficiē: Est enim terra porosa, & ventus stillando per poros terræ resolvitur in aquam, ex quâ res nascũtur omnes: sciant ergò do-


ctrinæ filij, ſperma metallorum diverſum non eſſe à ſpermate rerum omnium, ſcilicet vaporem humidum; ideò fruſtrà quærunt Artiſtæ metallorum reductionem in materiam primam, quæ tantùm vapor eſt. Philoſophi non talem intellexerunt materiam primam, ſed tantùm materiam ſecundam, ſicuti Bernardus Treviſanus optimè diſputat, quamvis non ita lucidè, quia de quatuor Elementis loquitur, nihilominùs id dicere voluit, & ſolummodò cum filijs locutus eſt. Ego verò ut clariùs Theoricam detegerem, omnes hîc præcavere & monere volui, ut tot ſolutiones, tot circulationes, tot calcinationes ac reiterationes ſinerent, nam fruſtrà id quæritur in re durâ cum per ſe mollis ubiq; ſit: Non prima, ſed ſecunda tantùm quæratur materia, talis nimirùm, quæ ſimul ac cõcepta eſt, in aliam mutari formam nõ poteſt. At ſi quæras, quomodo metallum in
talem






ilem reducatur materiam, ſequor n eo Philoſophorum intentionem: Hoc tantum præ cæteris volo, ut fi- j artis intelligant ſenſum ſcripto- um, non ſyllabas, & ubi Natura de- nat, in metallicis videlicet coram culis noſtris perfectis corporibus, bi arte eſſe incipiendum. Sed ut ad ropoſitum revertar, (ſiquidem hîc on eſt intentio noſtra de ſolo lapi- e) agamus nunc de materiâ metal- orum. Paulò antè dixi, Res omnes aſci ex aëre liquido vel vapore, uem Elementa perpetuo motu in iſcera terræ ſtillant, hunc poſt- uam Naturæ Archæus accepit per oros ſublimat, & unicuique loco uâ ſagacitate tribuit (ſicuti in præ- edētibus retulimus) & ſic locorum arietate res etiam proveniunt, & aſcuntur variæ. Sunt qui opinen- ur, Saturnum habere aliud ſemen, urum quoque aliud, & ſic conſe- quenter metalla reliqua, ſed vana unt iſta, unicum tantùm eſt ſemen,

idem in Saturno, quod in auro invenitur; idem in Luna, quod in Marte. Sed locus terræ diversus fuit, si me rectè intelligis, quamvis in Lunâ Natura citiùs, quam in Sole desierit, & sic de alijs, quando enim ex terræ centro sublimatur vapor ille, transit per loca vel sicca vel calida: Si igitur transit vapor per loca calida & pura, ubi pinguedo sulphuris parietibus adhæret, vapor ille, quem Philosophi Mercuriũ Philosophorum dixerunt, accommodat se, & jungitur illi pinguedini quam posteà secũ sublimat, & tunc fit unctuositas relicto nomine vaporis, accipit nomen pinguedinis, quæ posteà veniens sublimando ad loca alia, quę jam vapor antecedens purgavit, ubi est terra subtilis, pura, & humida, implet poros ejus, & jungitur illi, & sic fit Sol: si verò pinguedo illa venit ad loca impura, frigida, fit Saturnus, si verò talis terra pura sit & mixta sulphuri, fit Venus, &c.





t. Quò .n. magis depuratus locus
t, eò pulchriora reddit metalla,
im sciendum est, quòd ille vapor
ntinuè egreditur ex centro ad su-
rficiem, eundo purgat loca: Inde
quòd hodie reperiantur mineræ
locis, ubi antè mille annos nullæ
erunt, nam progressu suo semper
btiliat crudum impurum, purum
ccessivè secum trahens; Et hęc est
iteratio, & circulatio Naturæ,
m diu sublimatur res novas pro-
ucendo, donec locus deputatur o-
timè, & quò magis deputatur, eò
iam nobiliores res producit, hye-
ne verò cùm aër frigidus terrā con-
ringit, congelatur etiam ille un-
uosus vapor, qui postea redeunte
ere, unà cum terrâ & aquâ misce-
ur, & fit Magnesia trahens ad se
bi similem Mercurium aëris, qui
at vitam omnibus tribus, per radi-
s Solis, Lunæ & stellarū, & sic gra-
nen, flores & similia profert; Natu-
a enim ne momentum temporis

otiatur: Metalla verò sic procreantur, longâ destillatione purgatur terra, postea accessu pinguedinis ea generantur; alio modo non proveniunt, sicuti quorundam Philosophorum scripta sinistrè interpretantium vana opinio est.




TRACTATUS QUINTUS.

De generatione Lapidum omnis generis.


LAPIDIS materia est eadem, quę & aliarum rerum, & secundum locorum puritatem hoc modo nascuntur. Quando quatuor Elementa suum vaporem stillant in terræ centrum, & Archæus naturæ eundem eijcit & sublimat hic, dum transit per loca, porosque terræ, trahit secum omnem terræ impuritatem usq; in superficiem, quam po-

stea




a congelat aër, nam quod aêr
eat purus, aêr congelat crudus,
ia aêr in aërem habet ingressum,
se jungunt invicem, nam Natura
aturâ lætatur, & sic fiunt petræ &
ontes lapidei, secundùm magnos
parvos poros, & quò majores ter-
pori, eò etiam meliùs purgatur
cus, dum enim per tale respiracu-
m major caliditas, & aquæ major
antitas transit, eò citiùs depura-
r terra, & sic posteà in ejusmodi
icis commodiùs metalla nascun-
r, sicuti & ipsa testatur experien-
, ut aurum non alibi, nisi in mon-
bus quæratur & reperiatur, quòd
planitie, nisi raro, fieri nequit,
m sæpissimè talia loca humida
nt, non vapore, sed aquâ Elemen-
li, quæ ad se trahit vaporê illum,
ita sese amplectuntur, ut non fa-
è separentur, postea Sol cœli di-
rens illam, facit argillam pin-
em, quâ figuli utuntur; in locis
rò, ubi est arena grossa, & vapor,

non habet secum pinguedinem vel
sulphur, herbas & gramen in pratis
creat. Sunt & alij lapides pretiosi, ut
Adamas, Rubinus, Smaragdus, &
reliquæ gemmæ, generantur omnes
hoc modo, quando vapor Naturæ
per se sublimatur, sine accessu pin-
guedinis sulphuris, & venit ad lo-
cum aquæ puræ salis, fiunt Adamã-
tes, & hoc in locis frigidissimis, ad
quæ non potest pervenire pingue-
do illa, quia pinguedo non permit-
teret ista. Sciendum enim est, quod
spiritus aquæ facillimè sublimatur
calore facili, sed oleum seu pingue-
do non nisi magno elevatur calore
& in loca calida, etiamsi enim ex
centro progrediatur, levi congela-
tur frigore, & sic subsistit; vapor ve-
rò ad loca debita ascendit, & conge-
latur in aquâ purâ in lapides granu-
latim. Quomodo verò in gemmis
colores fiant, sciendum est, illud ra-
tione sulphuris in hunc modũ fieri
si sulphuris pinguedo congelatur
mot



motu illo perpetuo, posteà spiritus quæ transeundo digerit & purificat illud vi salis, donec colore digesto rubeo vel albo coloretur, qui color tendens ad meliora cum illo spiritu quia subtiliatus est, tot reiterationib. destillatis elevatur cum spiritu, spiritus postea habet potentiã intrãdi res imperfectas, & sic introducit colorẽ, qui postea jungitur illi aquæ tunc partim cõgelatę, & sic implet poros ejus, & fixatur cum ea fixatione inseparabili. Congelatur n. omnis aqua calore, si est sine spiritu, cõgelatur frigore, si habet spiritus, sed qui scit cógelare aquam calido, & spiritũ cum ea jungere, certè rem inveniet millesies pretiosiorẽ auro & omni re. Efficiat igitur, ut separetur spiritus ab aqua, ut putrescat, & appareat granum, postea rejectis fęcibus reducat spiritum ex alto in aquam, & faciat conjungere simul, illa enim conjunctio generabit ramum dissimilem forma parentibus.


TRA-




TRACTATUS SEXTUS.

De ſecunda materia, & putrefactione rerum.

DIximus de prima materia rerum, & quomodo naſcantur res ex Natura ſine ſemine, hoc eſt, quomodo Natura ab Elementis accipit materiam, ex qua generat ſemen: Nunc verò de ſemine, & rebus generatis ex ſemine, ſermonem inſtituemus. Omnis res habens ſemen, multiplicatur in eo, ſed absq; naturæ auxilio non fit, ſemen enim nihil aliud eſt, quàm aër congelatus in aliquo corpore, ſeu vapor humidus, & niſi hic reſolvatur calido etiam vapore, nullius eſt uſus. Sciant ergò inveſtigatores artis, quid ſemẽ ſit, ne quęrãt rem, quæ nõ eſt, & ſciãt illud eſſe triplex, quod ex quatuor ele-






ementis productum est. Primum
t MINERALE, de quo hoc lo-
o sermo est, alterum VEGETA-
ILE: Tertium ANIMALE.

MINERALE semen à Philo-
ophis cognoscitur, Vegetabile cō-
nune ac vulgare est, ut videmus in
ructibus: Animale ex imaginatio-
e cognoscitur. Vegetabile nobis
stendit, quomodo natura creat il-
ud ex quatuor Elementis, sciendum
nim est, quod hyems est putrefa-
tionis causa, siquidem spiritus vi-
ales in arboribus congelat, & quan-
do hi calore solis (in quo est vis ma-
gnetica omnis humiditatis attracti-
a) resolvuntur, tunc calor naturæ
er motum excitatus, pellit ad cir-
cumferentiam vaporem aquæ sub-
ilem, qui poros arboris aperit, &
guttas stillare facit, semper purum
ab impuro separando; præcedit ta-
mē interdum purum impurum, pu-
rum dat & congelatur in flores: im-
purum abit in folia, grossum & fus-


ſum in corticem, arboris cortex manet fixus, folia cadunt frigore vel calore, quando obſtruuntur pori ejus, flores congelantur in tali colore, qualis eſt ipſi calor, & adfert fructum vel ſemen: veluti pomum, in quo ſperma eſt, ex quo non naſcitur arbor, ſed in illo ſpermate eſt ſemen vel granum intrinſecè, ex quo etiam abſq; ſpermate naſcitur arbor, nam multiplicatio fit non in ſpermate, ſed in ſemine; ſic oculariter videmus Naturam creare ex quatuor elementis ſemen, ne nos in hoc fruſtrà occuparemur; nam quod creatum eſt, creatore non indiget. Hoc exempli loco lectorem admonuiſſe ſufficiat, ſed ad propoſitum Minerale redeo. Semen Minerale vel Metallorum creat Natura in viſceribus terræ, propterea non creditur tale ſemen eſſe in rerum Natura, quia invisibile eſt. At non eſt mirum, quod ignari dubitent, ſiqui



quidem id, quod præ oculis est, non percipiatur ab illis, multò minus istud, quod invisibiliter absconditum est; sed verissimum est, quod superius non est, nisi ut istud quod est inferius, & vice versa, id quod nascitur supra, nascitur ex eodem fonte, sicuti illud quod infra in terræ visceribus. Et quam prærogativam vegetabilia præ metallis habent, ut Deus illis semen inderet, & hæc immeritò excluderet? Nonne ejusdem dignitatis metalla apud Deum cujus & arbores? Hoc pro certo statuatur, nihil sine semine crescere, ubi enim nullum est semen, res est mortua. Necesse est ergo, ut vel quatuor elementa creent semen metallorum, vel ea producant sine semine: si absque semine producuntur, tunc perfecta fieri non possunt, siquidem res omnis sine semine imperfecta est, ratione compositi;

qui hanc indubitatæ veritati fidem non adhibet, non eſt dignus, ut naturæ ſecreta ſcrutetur, nil enim in orbe naſcitur, quod ſemine deſtituatur. Semen metallorum verè & realiter ipſis eſt inditum, generatio autem ejus ita fit. Quatuor elementa in primâ operatione naturæ ſtillant per Archæum Naturę, in terræ centrum vaporem aquæ ponderoſum, qui eſt metallorum ſemen, & dicitur Mercurius propter ejus fluxibilitatem, & uniuſcujuſq; rei conjunctionem, non propter eſſentiam, aſſimilatur ſulphuri propter internum calorem, & poſt congelationem eſt humidum radicale. Et quamvis corpus metallorum ex Mercurio ſit procreatum, quod de Mercurio Philoſophorum intelligi debet, tamen hi non ſunt audiendi, qui putant Mercurium vulgi ſemen eſſe metallorum, & ita corpus loco ſeminis accipiunt, non conſiderantes, quod & dictus vulgi Mercurius, ſuum in


ſe



‑e habeat semen. Errores omnium
‑orum, è sequenti patebunt exem-
‑lo. Manifestum est quod homines
‑abeant semen, in quo multiplican-
‑ur: Hominis corpus Mercurius est,
‑ed semen occultum est in corpore,
‑e ratione corporis quantitas in pō-
‑dere exigua, qui igitur hominem
‑enerare vult, non Mercurius, qui
‑orpus est, sed semen vapor aquæ
‑ongelatus accipiatur: sic in rege-
‑eratione metallorum sinistrè pro-
‑editur à vulgaribus Chymicis, cor-
‑ora metallica solvunt, sive Mercu-
‑ium, sive aurum, sive Saturnum, si-
‑e Lunam, & corrodunt illa aquis
‑ortibus, & alijs rebus heterogeneis,
‑d veram artem non requisitis, po-
‑tea conjungunt, nescientes quòd
‑x corpore humano dissecto non
‑eneratur homo, quia corruptio
‑orporis, & seminis destructio hoc
‑acto præcessit, unaquæque res in
‑mare & fœmina multiplicatur, ut in
‑ractatu de duplici materia mentio-
nem


nem feci. Divisio sexus nil creat vel producit, sed debita illius conjunctio profert novam formam. Semina vel spermata ergò, non corpora sunt accipienda: Resp. ergo marem vivum, & fœminam vivam hos conjunge simul ut inter se imaginentur sperma, ad procreandum suæ Naturæ fructum. Primam enim materiam nemo mortalium credat se facere posse. Prima materia hominis terra est, & nemo hominum ex illa hominem creare potest, solus Deus hoc scit, at è materiâ secundâ, quæ jam creata est, si in locum debitum posita fuerit, facilè Natura operante generabitur id, cujus formę semen est: Artifex hic nil facit, nisi ut sciat subtile à spisso separare, & in vas imponere debitum. Nam hoc considerandum est, pro ut res incipitur, ita finitur, ex uno fiunt duo, ex duobus unum, & non ulterius. Unus est Deus, ex hoc uno Deo filius est genitus: Unus dedit duo, duo

unum



num dederunt Spiritum Sanctum
 utroque procedentem, sic factus
t mundus & sic erit finis ejus.
onsidera priora quatuor puncta
ractissime, habes in illis Patrem,
atrem & Filium, ultimò SS. ha-
es quatuor Elementa, habes qua-
uor luminaria, duo cœlestia, duo
entralia: Nil amplius est, fuit, & e-
it, quàm in hac figurâ patet, si debe-
em omnia mysteria hinc elicienda
onsignare, magnum oriretur vo-
umen: redeo ad propositum, & tibi
ico verum, fili mi, non creatur ex
no unum, quia hoc solius Dei est
roprium, sufficiat te posse ex duo-
us creare unum tibi utile, scias er-
o sperma multiplicativum, esse
nateriam secundam & nõ primam.
rima enim materia rerum non vi-
etur, occulta est in naturâ vel in
Elementis, secunda verò inter-
dum filijs doctrinæ ap-
paret.

TRA-





TRACTATUS SEPTIMUS.

De Virtute secundæ materiæ.

SEd ut faciliùs possis comprehendere qualis sit hæc secunda materia, virtutes ex quibus illam cognosces, describam tibi; Ac primum scias, quòd Natura in tria Regna divisa est; Duo sunt Regna, quorum quodlibet per se stare potest, & si alia duo non essent, est regnum Minerale, Vegetabile, & Animale. Minerale per se subsistere potest, etsi nullus hominum in mundo esset, nec arbor, vel herba. Vegetabile itidem, etiamsi nullum metallum nec animal esset, per se stare potest, hæc duo sunt ex uno per unum creata. Tertium verò ex dictis duobus vitam habet, sine quibus esse non posset, & est nobilius ac præstantius, quàm duo prædicta, sicuti etiam po-


stre-






[t]emum eſt inter illa, & dominatur
[i]p, quia ſemper in tertio virtus fini-
[tu]r, & in ſecundo multiplicatur. Vi-
[si]n' in vegetabili Regno: Prima
[m]ateria eſt Herba vel Arbor, quam
[tu] creare neſcis, Natura hoc ſolum-
[m]odo facit: In hoc regno ſecunda
[m]ateria eſt ſemen quod tu vides, in
[h]oc multiplicatur Herba vel Ar-
[b]or. In Regno Animali prima ma-
[te]ria eſt Beſtia vel Homo, quem tu
[cr]eare neſcis, ſed ſecundam mate-
[ri]am, vel ſperma tu noſti, in quo
[m]ultiplicatur. In Regno minerali
[m]etallum tu creare neſcis, & ſi glo-
[ri]aris vanus es, & mendax, Natura
[h]oc fecit, & quamvis haberes primã
[m]ateriam ſecundum Philoſophos,
[ill]ud ſal centrale tamen ſine auro
[m]ultiplicare impoſſibile tibi foret:
[Se]men autem metallorum filij tan-
[tu]m doctrinæ noverunt. In vegeta-
[bi]libus ſemina apparent extra Re-
[r]es, digeſtionis ejus eſt aêr calidus:
[In] animalibus ſemen apparet intus
&

& extra, renes digeſtionis ejus ſun
renes viri: Aqua in mineralibu
ſemen eſt in centro cordis eorun
& vitæ: Renes digeſtionis ejus e
ignis. Vegetabilis ſeminis rec
ptaculum eſt terra: Animalis ſem
nis receptaculum eſt matrix fœm
næ: Aquæ mineralis ſeminis re
ceptaculum eſt aer: & ea ſunt ſem
num receptacula, quæ ſunt con
gelationes corporum: ea eſt dig
ſtio quæ ſolutio: ea putrefactio qu
deſtructio. Virtus autem cujuſqu
ſeminis eſt, unicuique rei in ſuo R
gno ſe conjungere, quia ſubtile eſ
& nihil aliud quàm aër, qui pingu
dine in aquâ congelatur: cognoſc
tur ita, quia non miſcet ſe ext
ſuum Regnum naturaliter alic
rei, non ſolvitur ſed congelatu
quia ſolutione non indiget, ſed co
gelatione. Neceſſe eſt ergò ut po
corporum aperiantur, ut emittat
ſperma, in cujus centro ſemen jace
quod aër eſt, illud quando in mat
ce



m venit debitam congelatur, & ngelat quod reperit purum, vel purum puro mixtum, quamdiu corpore ſemen eſt, vivit corus, quando totum conſumitur corus, moritur, omnia autem corpo- poſt emiſſionem ſeminis debilintur. Experientia etiam teſtatur, mines veneri nimiùm indulentes debiliores fieri, ut & arbores mios fructus ferentes, fieri ſteà ſteriles. Semen igitur, ut m multoties repetitum eſt, res eſt viſibilis, ſed ſperma eſt viſibile, & rè eſt anima vivens, non invenir in rebus mortuis; Elicitur dupliter, ſuaviter & cum violentia: ſed ia hîc de virtute ejus ſaltem ſero eſt, dico quod nil ſine ſemine naatur, virtute ſeminis fiunt omnia, ſciant artis filij in arboribus amutatis fruſtra ſemen quæri, quod ſolummodò in viridibus reperitur.

TRA-





TRACTATUS OCTAVUS.

De Arte, & quomodo per ar-tem operatur natura in Semine.

OMne ſemen per ſe nullius mo-menti eſt, ſi non ponatur, ve-ab arte, vel à natura in matricem de-bitam, & licèt ſemen per ſe nobiliu-ſit omni creaturâ, tamen matrix e-jus eſt vita, quæ facit putreſcere ſperma vel granum, & puri punct-congelationem cauſatur, inſupe-calore corporis ſui illud nutrit & creſcere facit, & hoc fit in omnibu-ſupradictis tribus naturæ regnis, & fit naturaliter, per menſes, an-nos & tempora. Sagax verò ar-illa eſt, quæ in regno minerali & vegetabili aliquid abbreviare po-teſt, ſed non in animali, in mineral-ſolummodò perficit hoc, quod na-tura non poteſt, propter aërem cru-

dum






...m, qui suâ violentiâ implevit po-
...s corporis cujusque, non in visce-
...bus, sed in superficie terræ, ut an-
...in præcedentibus capitulis dixi,
...l ut faciliùs intelligatur hoc, ad-
...c adjungere volui, quòd elemen-
...certanter inter se proijciunt in
...ntrum terrę, quasi in renes semen
...um, centrum verò per motum e-
...ittit illud in matricem, matrices
...rò sunt innumerabiles, quot loca
...t matrices, una purior alterâ, & sic
...infinitum ferè. Scias ergò, quòd
...ra matrix, purum dabit fœtum
...suo simili: Exempli gratiâ, in
...nimalibus sunt matrices homi-
...um, vaccarum, equorum, canum,
...c. sic in minerali & vegetabili
...nt, metalla, lapides, salia, nam sa-
...ia in hisce duobus regnis sunt
considerada, & loca eo-
rum, secundum ma-
gis vel mi-
nus.

TRACTATUS NONUS.


De Commixtione Metallo-rum, vel de eliciendo semine Metallico.

Diximus de Natura, de Arte, d
corpore, & de spermate ac s
mine, jam ad praxim descendamu
quomodo videlicet metalla com
misceri debeant, & qualis eorum s
inter se correspondentia. Scias er
gò mulierem non discrepare à viro
ex eodem semine, & in una matr
ce ambo nascuntur, nihil defuit
præter digestionem, & ut matrix pu
rior est in sanguine & sale, sic Lun
ex eodem semine cum Sole, & ea
dem matrice, sed matrix magis ha
buit de aquâ, quàm de sanguine di
gesto, secundum tempus Lunæ cœ
lestis, ut verò eò facilius tibi imag
nari possis, & quomodo metalla co
cant, ut emittant & recipiant s
men, intuere cœlum & planetaru




hæras: vides quòd Saturnus su-
emus sit, cui succedit Jupiter,
iic Mars, postea Sol, quem sequi-
r Venus, hanc Mercurius, ultimo
co Luna statuitur. Considera jam,
òd planetarum virtutes non as-
ndant, sed descendant, dedit hoc
ipsa experientia, quòd ex Venere
n fit Mars, sed ex Marte fit Venus,
porè una sphæra inferior, sic et-
n Jupiter facilè transmutatur in
ercurium, quia Jupiter secun-
s à Firmento, & Mercurius se-
ndus à terra, Saturnus primus
cœlo, Luna prima à terra, Sol
scet se omnibus, sed nunquam
r inferiores melioratur. Non au-
n te lateat, magnam esse corre-
ondentiam inter Saturnum & Lu-
m, quorum in medio Sol consti-
us est, sicuti inter Jovem & Mer-
rium, in quorum medio Sol et-
n cõsistit: Eodem planè modo in-
Martem & Venerem, qui duo
lem etiam habent intermedium.

Noverunt Chymistæ ferrum in cu-
prum seu Venerem sine Sole mu-
tare: noverunt etiam è Jove fa-
cere Mercurium: sunt & aliqui, qui
è Saturno conficiunt Lunam, sed
scirent his mutationibus solis ad-
ministrare naturam, certè rem o-
mni thesauro invenirent pretiosio-
rem. Propterea dico, non ignoran-
dum esse, quæ metalla invicem
sint conjungenda, & quorum na-
tura naturæ correspondeat: præ-
pterea unum datur metallum,
quod habet potentiam alia consu-
mendi, est enim ferè ut aqua eorum,
& ferè mater: unica tantùm res
humidum radicale, Solis videlicet
& Lunę resistit ei, & melioratur per
illud: sed ut detegam, Chalybs vo-
catur, si undecies coit aurum cum
eo, emittit suum semen, & debilita-
tur ferè ad mortem usque, concipi-
Chalybs, & generat filium patre
clariorem, posteą cum semen jam
nati imponitur in suam matricem
pu-



purgat illam & facit millesies aptiorem ad pariendum optimos fructus. Est & alius Chalybs, qui assimilatur huic, per se à naturâ creatus, qui scit ex radijs solis mirabili vi & virtute elicere illud, quod tot homines quæsierunt, & operis nostri principium est.




TRACTATUS DECIMUS.

De Generatione supernaturali filij Solis.

TRACTAVIMUS de rebus, quas Natura creat, & quas DEUS creavit, ut scrutatores artis eò faciliùs possibilitatem naturæ intelligerent, sed ne diutiùs differam, modum ac artem conficiendi lapidis Philosophorum aggredior. Lapis Philosophorum seu tinctura, nil aliud est quàm Aurum in supremum digestum, nam Aurum

vulgi eſt ſicuti herba ſine ſemine quando matureſcit producit ſemen ſic aurum quando matureſcit, dat ſemen ſeu tincturam. Sed quæret aliquis, quare aurum vel aliud metallum non producat ſemen? ratio redditur talis, quia non poteſt eſſe maturum, propter aëris cruditatem non habet ſufficientem calorem, & contingit in quibuſdam locis, ut reperiatur aurum purum, quod natura voluit perficere, ſed impedita fuit ab aëre crudo. Exempli gratia, videmus, quod pomorum Aurantiorum arbores, in Polonia quidem creſcant inſtar aliarum arborum: In Italia & alibi, ubi eſt illarum ſolum nativum, dant & ferunt fructus, quia ſufficientem habent calorem, in his verò frigidioribus locis minimè, ubi enim maturescere deberent, deſinunt, quia frigore opprimuntur, & ſic nunquam à Natura hiſce locis habentur earum fructus, licèt aliquando


juve



Juvetur natura ſuaviter & cum ingenio, tunc ars jam perficit, quod natura non potuiſſet. Idem planê in metallis accidit. Aurum poteſt dare fructum & ſemen, in quo ſe multiplicat induſtria ſagacis artificis, qui ſcit naturam promovere, ſed ſi abſque naturâ, id velit tentare, errabit: Nam non ſolùm in hac arte, ſed & in omni re, nihil poſſumus, quàm Naturam juvare, & hoc non alio medio, quàm igne ſeu calore, ſed cum hoc fieri non poſſit, ſiquidem in congelato corpore metallico non appareant ſpiritus, oportet ut priùs ſolvatur corpus, & pori ejus aperiantur quò natura operari poſſit, qualis autem illa debeat eſſe ſolutio, hîc lectorem admonitum velim, duplicem eſſe ſolutionem, licèt multæ ſint aliæ ſolutiones, at inutiles, una tantum eſt vera naturalis, ſecunda eſt violenta, ſub quâ aliæ compræhenduntur omnes Naturalis ejuſmodi eſt, ut pori

corporis aperiantur in aquâ nostrâ, quo digestum emittatur semen, & matrici suæ imponatur: Aqua verò, nostra aqua est: cœlestis, non madefaciens manus, non vulgi, sed verè pluvialis: Corpus est aurum, quod semen dat: Luna nostra est, (non argentum vulgi) quæ recipit semen auri. Regitur postea igne nostro continuo, per menses septem, & interdum decem, donec aqua nostra consumat tres & relinquat unum, & hoc in duplo, postea nutritur lacte terræ, vel pinguedine ejus, quæ nascitur in uberibus terræ, & regitur vel conservatur à putrefactione salis Naturæ, & sic generatur ille infans secundæ generationis. Nunc à Theorica ad praxin accedamus.






TRACTATUS UNDECIMUS.

De Praxi, & confectione lapidis, seu tincturâ per artem.


PER tot capita sparsa est oratio, de rebus per exempla, ut eò facilius intelligatur praxis, quæ fieri debet naturam imitando in hunc modum. R. Terræ nostræ per XI. gradus XI. grana, auri nostri & non vulgaris granum I. Lunæ nostræ non vulgaris grana II. sed hoc admonitus sis, ne accipias aurum & argentum vulgi, nam hæc sunt mortua, accipe nostra quæ sunt viva, postea pone in ignem nostrum, & fiet inde liquor siccus, primùm resolvetur terra in aquam, quæ Mercurius Philosophorum dicitur, & illa aqua resolvit illa corpora Solis & Lunæ, & consumit ea, ut non remaneat nisi pars


decima cum una parte, & hoc erit humidum radicale metallicum: Postea recipe aquam salis nitri de terra nostrâ, in quâ est rivulus & unda viva, si ad genuam foderis foveam, accipe igitur ex illâ aquam, sed claram accipe, huic impone illud humidum radicale, & impone igne putrefactionis & generationis, non tali, ut in prima operatione fecisti, rege omnia magno cum ingenio, donec colores appareant instar caudæ Pavonis, rege digerendo, nec te tædeat, donec cessent colores, & unus per totum appareat color viridis, & sic de cæteris, & quando videbis in fundo cineres bruni coloris, & aquam ferè rubram, aperito vas, madefacito pennam, inunge ferrum aliquod, si tinget habeo in promptu aquam, de qua postea erit sermo, & infunde tantum ejus aquæ, quantum aêris intravit crudi, iterum coquito priori igne donec iterum tingit. Hucusque pervenit mea expe-



ſientia, non plus poſſum, non plus inveni: Aqua verò illa debet eſſe menſtruum mundi ex ſphæra Lunę, toties rectificatum, quòd poſſit calcinare Solem: Hic tibi volui omnia detegere, etſi ſenſum meum interdum non ſyllabam intelliges, cuncta revelavi, præſertim in opere primo & ſecundo. De igne verò adhuc dicendum reſtat. Primus ignis ſeu primæ operationis eſt ignis unius gradus continuus, qui materiã circundat; ſecundus eſt ignis naturalis, qui materiam digerit & figit, dico tibi veritatem, quod patefeci ignis regimen, ſi naturam intelligis: de vaſe adhuc reſtat loquendum. Vas naturæ eſſe debet, & ſufficiunt duo; Primi operis vas rotundũ fieri debet: In ſecundo verò paulò minus vitrum inſtar phiolæ vel ovi, ſed per omnia ſcito, naturæ ignem eſſe unicum, quicquid operatur diverſum, locorum diſtantia efficit. Vas item naturæ unicum, ſed nos pro-

propter abbreviationem binis uti-
mur, materiâ unâ, ſed ex duabus
ſubſtantijs: ſi igitur animum inten-
dis ad res creandas, conſidera pri-
mum res creatas: has utpotè obver-
ſantes oculis tuis, ſi non potes aſſe-
qui, multò minùs res creandas,
quas producere cupis, ſcito enim
te nihil creare poſſe, quod ſolius
Dei proprium eſt, ſed res occultas
in umbra latentes facere apparen-
tes, & umbram ab illis tollere, hoc
Philoſopho intelligenti à Deo per
naturam conceſſum eſt. Conſidera
obſecro ſimplicem nubis aquam:
Ecquis unquam crederet, illam in
ſe cōtinere omnia, quæ mundus ha-
bet, lapides duros, ſalia, aërem, ter-
ram, ignem, cùm tamen ſimplex per
ſe appareat aqua. Quid dicam de
terra, quæ in ſe continet aquam, i-
gnem, ſalia, aërem, & per ſe nuda
terra videtur? O mirabilem natu-
ram, quæ novit ex aqua in terra fru-
ctus producere mirabiles, & ex aëre
illis





illis ſuppeditare vitam: hæc omnia
iunt, & vulgarium hominum oculi
ſta non vident, ſed oculi intellectus
& imaginationis percipiunt, viſu
verò, veriſſimo; oculi enim ſapien-
tum naturam vident aliter, quàm o-
culi communes. Exempli gratia, o-
culi vulgi vident Solem eſſe cali-
dum, oculi verò Philoſophorum è
contra vident Solem potius eſſe fri-
gidum, ſed motus ejus calidos: A-
ctus enim & effectus ejus, per di-
ſtantiam locorum deprehendūtur.
Ignis Naturę unus & idem cum ipſo
eſt, ſicuti.n. Sol inter ſphæras Pla-
netarum centrum eſt, & ex hoc cen-
tro cœli deorſum calorem motu
ſuo ſpargit, ſic in centro terræ Sol
terræ eſt, qui motu ſuo perpetuo ca-
lorem vel radios ſurſum ad terræ
ſuperficiem pellit, is calor intrinſe-
cus multò efficacior eſt hoc igne e-
lementali, ſed temperatur terrenâ
aquâ, quæ de die in diem poros ter-
ræ penetrat, illamque refrigerat: ſic


Solem cœleſtem, & ejus calorem tẽperat aër, qui de die in diem circumvolat orbem, & niſi hoc eſſet, calore tali res omnes conſumerẽtur, nec quicquam naſceretur. Sicuti autem ignis ille inviſibilis, ſeu calor cẽtralis omnia conſumeret, ſi non intercederet aqua, ſic ſolis calor omnia deſtrueret, ſine intermediante aëre, ſed quomodo hæc Elementa inter ſe agant, brevibus dicam. In centro terræ eſt Sol cẽtralis, qui motu ſuo, vel ſui firmamenti dat calorem magnum, qui extendit ſe usque ad terræ ſuperficiem. Ille calor cauſatur aërem hunc in modum: Aëris matrix aqua eſt, quæ parit filios ſuæ naturæ, ſed diſſimiles, & multò ſubtiliores, nam ubi aquæ introitus eſt denegatur aër, iñtrat, quãdo poſtea ille calor cẽtralis, qui perpetuus eſt, agit, facit diſtillare aquam & calefacere, & ſic illa aqua vi caloris vertitur in aërem, atq; hoc pacto erupit ad ſuperficiem terræ, quia ſe includi


non

non patitur, ubi posteà refrixit, resolvitur in aquam in appositis locis: interdum etiã fit, ut non solùm aër, verùm etiã aqua exeat, sicuti apparet, dum nigræ nubes violẽtiá in aërem attollũtur: cujus rei tibi sit hoc exemplum domesticũ, facias in ollâ feruere aquã, videbis igne vehemẽtiori apparebunt nebulæ crassiores: eodem planè modo calor operatur centralis, subtilem aquam in aërem elevat, quod spissum est ex sale vel pinguedine distribuit terræ, unde res variæ nascuntur, residuum saxa & petræ fiunt. Posset aliquis obijcere, si ita se res haberet, tunc cõtinuò id fieri deberet, cum tamen sæpè nullus sentiatur ventus. Respondeo, si non violenter in vas destillatorium infunditur aqua, non fit vẽtus, nam parum aquæ, parvum excitat ventum; vides non semper fieri tonitrua, etiamsi pluvia sit & ventus, sed tantùm, quãdo vi aëris aqua turbida fertur ad sphærã ignis, nam

ignis

ignis non patitur aquam. Habes ante oculos exemplum, dum in calidam fornacem effundis aquam frigidam, unde tonitrua excitantur: sed quare non uniformiter aqua nõ intret in illa loca, & cavitates, ratio est, quod multa sunt ejusmodi vasa & loca, pellit interdum una concavitas, ventos, aquam, à se ad aliquot dies & menses, donec iterum fiat aquæ repercussio, ut videmus in mari, cujus fluctus aliquãdo multa milliaria agitãtur, antequã repercussionẽ, ut regrediantur offẽdant, sed ad nostrá. Dico ignem vel calorẽ rem esse causam motus aêris, & vitam omnium rerum, & terra est horum omnium nutrix, vel receptaculum, sed si non esset aqua, quæ refrigeraret terram & aërem nostrum, tunc terra exsiccaretur, propter has duas rationes, nimirùm ob motus centralis & solis cœlestis calorem, nihilominùs contingit hoc in aliquibus locis, quando pori terræ obstruuntur,





untur, ut humidum penetrare non possit, tunc per correspondentiam solis cœlestis & centralis, quia vim habent inter se magneticam, accenditur terra à Sole, sicque etiam aliquando cadet gravis orbita mundi. Fac igitur, ut operatio talis in terra nostra sit, ut calor centralis aquam possit mutare in aërem, ut in planitiem mundi egrediatur, & residuum, ut dixi, per poros terræ spargat, & tunc in opposito aër vertetur in aquam multo subtiliorem, quàm fuit prima, & hoc sic fiet, si seni nostro aurum & argentum deglutire dabis, ut ipse consumat illa, & tandem ille etiam moriturus comburatur, cineres ejus spargantur in aquam, coquito ea donec satis est, & habes medicinam curandi lepram. Hoc saltem animadverte, ne frigidum pro calido, vel calidum pro frigido accipias, naturas naturis misce, si aliquid est, quod contrarium naturæ

(siqui-


(siquidem una tibi est necessaria) separa illud, ut natura naturæ similis sit, hoc fac igne non manu, & scito, si non sequeris naturam, vana esse omnia, & hîc tibi dixi per sanctum Deum quod pater filio debet, qui habet aures audiat, & qui habet sensus animum advertat.



TRACTATUS DUODECIMUS.

De lapide & ejus virtute.

IN præcedentibus sufficienter dictum fuit, de productione rerum naturalium, de Elementis, & de materia secunda, de corporibus & seminibus, de usu & virtute eorum. Conscripsi etiam praxin conficiendi lapidem Philosophorum: de ejus verò virtute tantum quantum




mihi natura concessit, & experientia patefecit, nunc revelabo. Sed ut prius adhuc summatim & brevibus verbis comprehendam omnium horum tractatuum argumentum, ut Deum timens lector, mentem meam assequatur & sensum meum, ita se res habet.

De veritate artis, si quis dubitat, legat copiosa Philosophorum antiquissimorum ratione & Experientia verificata scripta, quibus ut fide dignis, in sua arte fides non derogāda est, qui verò illis fidem non adhibet, tunc contra principia negātem nō esse disputandum novimus: Surdi enim & muti loqui non possunt: Quam enim prærogativam in hoc mundo res omnes haberent præ metallis? Cur hæc sola per denegationem seminis immeritò à summi creatoris universali multiplicationis benedictione excludemus, quam sacræ litteræ affirmāt, omnib. rebus creatis statim à condito mundo in-

ditam

ditam & impertitam fuiſſe? ſi verò ſemen habent, quis tam fatuus eſt, qui non credat in ſuo ſemine illa poſſe multiplicari? In natura ſua ars Chymiæ vera eſt, vera etiam natura, ſed raro verus artifex. Una natura, ars una, ſed multi artifices. Quòd autem natura creat res ex elementis, generat eas velle Dei, ex materia prima, quam ſolus Deus ſcit: natura creat res illasque multiplicat ex ſecunda materia, quam Philoſophi ſciunt. Nil fit in mundo ſine velle Dei & naturæ. Elementum enim quodlibet in ſua ſphæra eſt, ſed unum absque altero eſſe non poteſt, unum ex alio vivit, & tamen conjuncta non conveniunt, ſed aqua eſt omnium elementorum dignior, quia mater eſt omnium rerum, hanc ſupernatat ſpiritus ignis, cauſante igne aqua fit materia prima, certatione videlicet ignis cum aqua, & ſic generantur venti vel vapores apti, ut congelentur cum ter-




a per aërem crudum, qui ab initio ſeparatus fuit ab illo, & hoc fit ſine ceſſatione motu perpetuo, quia ignis ſive calor non excitatur aliter niſi motu, quod facilè videre eſt apud fabrum ferrarium ferrum limâ comminuentem, quod eatenus motu vehementiori incaleſcit, ac ſi igne incanduiſſet. Motus ergo cauſat calorem, calor movet aquam, aquæ motus cauſat aêrem omnium viventium vitam. Creſcunt igitur res hunc in modum, ut ſuprà dixi, ex aqua videlicet, nam ex illius vapore ſubtiliori, res ſubtiles, leves proveniunt, ex oleo verò ejuſdem, graves & majoris pretij, ex ſale autem res prioribus longè pulchriores. Ideo ſi velis, ut natura melioretur in actu, ſolve corpus quod vis, & illud quod naturæ acceſſit heterogeneum, ſepara, purga, conjunge pura puris, cocta coctis, cruda crudis, ſecundum naturæ pondus non materiæ. Nam ſcito, quod ſal nitri
cen-

centrale non accipit plus de terra, nisi quantum opus habet, sive sit pura, sive impura. Aquæ verò pinguedo aliter se habet, nam nunquam habetur pura, ars purgat illam per duplicem calorem, & denuo conjungit illam.



EPILOGUS SEU *conclusio horum duodecim tractatuum.*

CONSCRIPSI, amice lector, precedentes duodecim Tractatus, in gratiam filiorum artis, ut antequam manum adhiberent operi, naturæ operationem haberent cognitam, quomodo videlicet illa operando res producat, ne sine clavibus portam ingrederẽtur, & cribro aquam haurirẽt; frustrà enim laborat ille, qui sine cognitione naturæ manus ad labores porrigit: in hac sancta & verissima scientia, in nocturnis versatur tenebris, cui sol nõ lucet





cet, in denſa umbra eſt cui de no-
e non apparet luna. Habet natura
men propriũ, quod noſtris oculis
õ eſt perviũ, umbra naturæ, oculis
oſtris corpus eſt, ſed ſi quem lumen
aturę irradiat, illi confeſtim nebu-
l de oculis tollitur, & ſine impedi-
ento poteſt conſpicere punctum
agnetis noſtri correſpondentis u-
ique centro radiorum, ſolis vide-
cet & terræ, eo usque enim naturæ
men penetrat & interna patefa-
it, cujus rei tale tibi ſit exemplum.
nduatur veſte uniformi adoleſcens
uodecim annorum, & puella ejuſ-
em ætatis, ſi juxta ſe locentur, ne-
no cognoſcet quis maſculus, quæ
æmella ſit, oculi enim noſtri pene-
rare non poſſunt, ideò decipit nos
oſter viſus, & falſa pro veris acci-
it, ſed cum veſtibus ſublatis denu-
antur, ut ita appareant, quales na-
ura eos formavit, facilè uterque in
uo dignoſcitur ſexu. Simili planè
nodo noſter intellectus facit um-

bræ

bræ naturæ umbram: Non corpus nudum in homine est ſeminis naturæ umbra, ſicuti igitur veſtimentis tegitur corpus humanum, ſic etiam tegitur corpore natura humana, quam ſibi Deus reſervavit tegendam & detegendam. Poſſem hîc prolixè & Philoſophicè diſſerere de hominis dignitate, creatione ejus, & generatione. Sed cùm ejusmodi non ſint hujus loci, ſilentio prætereunda ſunt, de vita ejus ſolummodo paucis agam. Creatus homo de terra, ex aêre vivit, eſt enim in aêre occultus vitæ cibus, quem nos rorem de nocte, de die aquam vocamus, rarefactam, cujus ſpiritus inviſibilis cōgelatus melior eſt, quam terra univerſa. O ſancta & admirabilis Natura, quæ filios doctrinę errare non permittis, ſicuti in vita humana indies demonſtras. Porro in hiſce duodecim Tractatibus, tot rationes naturales in medium attuli, ut eo faciliùs cupiens, & Deum timens


mens






mens lector, intelligere possit ea o-
mnia, quæ oculis meis Deo benedi-
cente, vidi, manibus feci proprijs si-
ne ulla sophisticationis fraude, sine
lumine enim & cognitione naturæ
impossibile est hanc assequi artem,
nisi singulari revelatione divina ali-
cui contingat, vel per secretam ami-
ci demonstrationem. Res est vilis &
pretiosissima, quam aliquoties de-
scriptam, nunc denuo repeto. R. aë-
ris partes X. Auri vivi vel lunæ vivæ
partem I. hæc omnia impone vasi
suo, coque aërem hunc imprimis ut
fit aqua, & postea non aqua, si hoc
ignoras, & aërem coquere nescis o-
mni dubio errabis, siquidem hęc est
veterum Philosophorum materia,
id enim accipere debes, quod est,
sed non videtur, donec artifici pla-
ceat, est aqua roris nostri, ex qua ex-
trahitur sal petræ Philosophorum,
quo omnes res crescunt, & nutriun-
tur. Matrix ejus est centrum solis
vel lunæ tam cœlestis quàm terre-
X stris:

ſtris: & ut apertiùs dicam Magnes eſt noſter, quem in præcedentibus chalybem eſſe dixi: Aër generat magnetem, magnes verò generat vel facit apparere aërem noſtrum, ſanctè tibi veritatē hîc manifeſtavi, roga Deum, ut cœpta tua ſecundet. Et ſi hoc loco habebis veriſſimā explicationem Hermetis aſſeverantis, Patrem eſſe ſolem, matrem verò lunam, & quod ventus portaverit illum in ventre ſuo: nimirum ſal Alkali, quod Philoſophi Sal Armoniacum & vegetabile nominarunt, occultatum in ventre magneſię. Operatio ejus talis eſt, ut ſolvas congelatum aërem, in quo ſolves auri decimam partem, hoc ſigilla, & igne noſtro labora, donec aër vertatur in pulveres, & apparebūt, habito mundi ſale, colores varij. Deſcripſiſſem integrū proceſſum in hiſce Tractatibus, ſed quia ille unâ cum multiplicatione, in Lullij & aliorū verorum Philoſophorum libris ſufficien-



ficienter contineatur, propterea ſa-
tis mihi fuit, tantùm de materia pri-
ma & ſecunda tractare, quod candi-
dè factum eſt, nec arbitreris ullum
mortalium me, luculentius illud
præſtitiſſe, ſiquidem id non è mul-
tis libris, ſed ex mearum manuum
labore & propria experientia feci.
Si igitur vel non intelligis, vel non
credis veritati, noli meum librum,
ſed te ipſum accuſare, & crede De-
um tibi hoc ſecretum nolle revela-
re, hunc igitur precibus fatiga, &
multoties reiteratis lectionib. hunc
libellum evolue, præſertim horum
12. Tractatuum Epilogum, conſide-
rando ſemper naturæ poſſibilita-
tem, & elementorum actiones, &
quodnam ſit in illis præcipuum, &
præſertim in rarefactione aquæ vel
aëris, ita enim creati ſunt cœli, &
totus mundus: hoc tibi ſicut Pa-
ter filio ſignificare volui. Ne mi-
reris, quòd tot Tractatus ſcripſe-
rim non mea cauſa factum eſt,


cum libris non egeam sed ut multos qui in vanis rebus laborant, monerem, ne frustra sumptus exponerẽt; potuissent quidem omnia paucissimis comprehendi lineis, imò verbis, sed per rationes & exempla volui te ad naturę cognitionem deducere, ut antè omnia scires quid quærere deberes, an primam vel secundam materiam. Haberes etiam patefactam naturam, ejusq́ue lumen & umbram: noli moveri, quod aliquando contradictoria in meis Tractatibus, more Philosophorum usitato tibi occurrant, opus habes illis, si intelligis, non reperitur rosa sine spinis. Perpende diligenter quod supra dixi, quomodo videlicet quatuor elementa stillent in centrum terræ humidum radicale, & quomodo sol terrenus centralis motu suo producat, & sublimet illud ad terrę superficiem. Dixi etiam solem cœlestem habere correspondẽtiam cum sole centrali: nam sol cœlestis
&



& luna peculiarem habent vim & virtutem ſtillandi per radios ſuos in terram: calor enim calori, ſal ſali facilè jungitur. Et ſicuti ſol centralis habet ſuum mare, & aquam crudam perceptibilem, ſic ſol cœleſtis habet etiam ſuum mare, & aquam ſubtilem & inperceptibilem: In ſuperficie terræ, radij radijs junguntur, & producunt flores, & omnia. Propterea quando pluvia fit, accipit ex aêre illam vim vitæ, & conjungit illam cum ſale nitro terræ (quia ſal nitri terrę eſt inſtar calcinati Tartari, ſua ſiccitate aêrem ad ſe trahens, qui aër in eo reſolvitur in aquam: Talem vim attrahendi habet ille ſal nitri terræ, qui etiam aër fuit, & eſt conjũctus pinguedini terræ) & quo radij ſolares copioſiùs tunc feriunt, eò major ſalis nitri quantitas fit, & per conſequens major frumenti copia creſcit, & hoc de die in diem fit. Tantùm de correſpondentia rerum inter ſe & efficacia ſolis & lu-

nę, & ſtellarum innuere volui ignorantibus, nam ſcientes nō indigent hac inſtructione: Verſatur ſubjectum noſtrum toti mundo ob oculos & non cognoſcitur. O cœlū noſtrum. O aqua noſtra. O Mercurius noſter. O Sal nitri noſtrum in mari mundi verſans. O vegetabile noſtrum. O ſulphur noſtrum fixum & volatile. O caput mortuum, ſeu fæces maris noſtri. Aqua manus non madefaciens, ſine qua nemo mortalium vivere poteſt, & ſine qua nil noſcitur, & generatur in toto orbe. Et hæc ſunt aviculæ Hermetis epitheta, quæ nunquam quieſcit, viliſſima eſt, nemo eâ carere poteſt: & ſic habes rem omni mundo pretioſiorem delectam, quam planè dico nil aliud eſſe quàm aquam noſtram pōticam, quæ in ſole & luna congelatur, & extrahitur è ſole & luna chalybe noſtro, artificio Philoſophico miris modis, per prudentem artis filium. Conſilium meum non erat


pro-




propter rationes in præfatione cõmemoratas hunc librum publicare, attamen vicit me de liberalibus & Philoſophicis ingenijs promerendi cupiditas, ut ijs qui me norunt, animum oſtenderem bonum, ſimul illis, qui artem callent, manifeſtarem, me illis parem eſſe & ſocium, eorumque notitiam appetere. Non dubito, multos bonæ conſcientiæ & voluntatis homines illud donum Dei clãculum poſſidere, hi meo admoniti exemplo, & meis periculis cautiores & providentiores facti, Harpocratis ſibi commendatum habeant ſilentium: quotieſcunque enim me magnatibus detegere volui, ſemper aut in damnum, aut periculum mihi ceſſit. Hoc ſcripto me adeptis filijs Hermetis patefacio, & ignorantes ac errantes inſtruo, ac in viam veram reduco. Credant ſcientiæ hæredes, ſe nunquam habituros meliorẽ viam, cui inſiſtant, quàm quæ ipſis hîc demõ-

ſtrata eſt, omnia enim apertè dixi Extractionem ſalem noſtri ſalis Armoniaci vel Mercurij Philoſophici, & ex aqua noſtra pontica, ejusque tantum uſum non ita apertè revelavi, quia à magiſtro naturæ non habui ulteriorem loquendi licentiam, & hoc ſolus Deus revelare debet, qui novit hominum corda & animos, quem ſi diligenter oraveris, per reiteratam hujus libri lectionem, poterit tibi intellectum tuum aperire. Vas, ut ſupra dictum, unicum eſt à principio usque ad finem, vel ad ſummum duo ſufficiunt vaſa: ignis etiam continuus in utroque opere, quo nomine legant errantes Tractatum X. & XI. ſi in tertia materia operatus fueris, nihil efficies: hanc tractant hi, qui extra hoc unicum ſal noſtrum, quod Mercurius eſt, laborant in herbis, animalibus, lapidibus, & mineris, excepto ſole & luna noſtra quæ obducta eſt ſphæra Saturni. Et qui o-

ptatum






statum desiderat finem, sciat conversionem elementorum, & levia facere ponderosa, & Spiritus facere non Spiritus, tunc non laborabit in re extranea: ignis est regimen, quicquid fit, igne fit, ut sufficienter in præcedentibus & hîc conclusionis loco satis dictum est. Vale lector benevole, & hisce per experientiam meam verificatis laboribus, diu ad nominis Divini gloriam, animæ tuæ salutem, proximiq; commodum perfruere.




EJUSDEM AUTHORIS AD FILIOS VERITATIS,

Ænigma Philosophicum.


IAm vobis filij ſcientiæ, è ſcaturigine univerſalis fontis detexi omnia, ut nil ſit amplius reſiduum. Nam in præcedentibus meis Tractatibus, naturam per exempla ſufficiẽter explicui: Theoricam & praxin quantum fas fuit manifeſtavi. Sed ne quis de Laconiſmo conqueri poſſit, quòd aliquid omiſerim, totã artem ænigmaticè adhuc vobis deſcribam, ut videatis, quousq; Dei ductu pervenerim: Infiniti ſunt libri de hac arte tractantes, vix in ullo reperietis veritatem eatenus vobis patefactam, quod hanc ob cauſam præſtare volui, quia cum multis, Philoſophorum ſcripta ſe benè intelligere putantibus, ſermonem cõtuli, ſed deprehendi illos eadem ſcripta longè





gē ſubtiliùs explicare, quàm natura quæ ſimplex eſt, requirebat, imò omnia mea dicta veridica, ipſis ſemper alta ſapientib. videbantur nimiū vilia & incredibilia: Aliquoties accidit, ut quibusdam de verbo ad verbum artem inſinuarem, ſed nequaquam aſſequi potuerunt, non credentes aquam in mari noſtro eſſe, & tamen Philoſophi videri volebant. Cum ergò verba mea oretenus dicta non potuerunt intelligere, nō timeo (uti alij Philoſophi timuerūt) ut quis tàm facilè concipere poſſit, Donum eſt, Dei dico. Verum quidem eſt, ſi in ſtudio Chymico requireretur ſubtilis ingenij perſpicacitas, & res ejusmodi eſſet, ut ab oculis vulgi poſſet conſpici, ſatis apta vidi illorum ingenia, ad indaganda talia; ſed vobis dico, ut ſitis ſimplices, & non nimīum prudentes, donec arcanum inveneritis, quo habito, neceſſario aderit prudentia, tunc vobis non deerit libros


infinitos scribendi facilitas, quòd longè facilius erit illi, qui in centro est, & rem videt, quàm huic, qui in circumferentia ambulat, & nil præter auditum habet. Omnium rerum materiam secundam lucidissimè descriptam habetis, sed hanc vobis cõmendo cautelam, quòd si ad arcanum hoc pervenire volueritis, scitote, quod in primis Deus orandus, posteà proximus amandus sit: denique nolite vobis res adeò subtiles imaginari, de quibus natura nil scit, sed manete, manete inquam in via naturæ simplici, quia in simplicitate rem citiùs palpare, quàm eandem in subtilitate evidere poteritis: nolite in lectione eorum scriptorum semper inhærere syllabis, sed tegendo utique considerate naturam, & ejusdem possibilitatem. Antequam verò ad opus vos accingatis, imaginamini diligenter quid quæratur, & quis sit intentionis vestræ scopus ac finis, nam multò meliùs est cere-
bro



ro & imaginatione priùs disce-
e quàm manu & sumptibus. Et
hoc vobis dico, quòd opus est rem
quærere aliquam, quæ occulta est,
x qua fit (miro modo) talis humi-
litas, quæ aurum sine violentia seu
strepitu solvit, imò ita suaviter &
naturaliter, sicuti glacies aquæ cali-
dæ beneficio liquescit, si hoc inveni-
stis, habetis rem, ex qua aurum à na-
tura productum est: & quamvis o-
mnia metalla, & res omnes ex illa
ortum habeant, nil tamen ita ami-
catur ei, sicut aurum, nam alijs re-
bus adhæret impuritas, auro autem
nulla, propterea instar matris est i-
psi. Et sic finaliter concludo, si hisce
meis scriptis & admonitionibus cau
ti esse non vultis, habetote me, benè
de vobis mereri cupientem, excusa-
tum: feci fideliter quantum licuit,
sicuti bonæ conscientiæ virum de-
cet, si quæritis quis sim, Cosmopoli-
ta sum, si me nostis, & boni ac hone-
sti viri esse desideratis, tacebitis, si
 me

me non nostis, nolite de me inquirere, nulli mortalium, quamdiu vixero, plus à me revelabitur, quàm hoc publico scripto factum est. Credite mihi, si non essem hujusmodi status ac conditionis homo, sicut sum, nil mihi solitariâ vitâ foret jucundius, vel cum Diogene sub dolio delitescere: video enim omnia quæ sunt, vanitatem esse, fraudem & avaritiam invaluisse, ubi omnia venalia sunt, & iniquitatem virtutem superasse, futuræ vitæ meliora præ oculis video, hisce gaudeo. Jam non miror ut antea feci, cur Philosophi habita tali medicina non curarunt abbreviare dies suos, quia omni philosopho ita est pręoculis vita sequens, sicuti in speculo apparet tibi tua propria facies. Quod si tibi Deus dabit optatum finem, postea credes mihi, nec te revelabis mundo.

Sequi-




Sequitur Parabola seu Ænigma, Philosophicum, Coronidis & superadditamenti loco adjunctum.

EVenit aliquando, cùm per tot annos vitæ meæ navigarem à Polo Arctico ad Polum Antarcticum, ut singulari Dei nutu ejicerer ad littus magni cujusdam maris: & licet maris illius mundi aditus & proprietates optimè cognitas & perspectas haberem; nihilominus inscius fui, an etiam in illis oris generaretur pisciculus ille Echeneis, quem tot magnæ & parvæ conditionis homines hactenus tàm sollicitè quæsierunt. Dum autem in littore Melosgnas hinc inde natantes cum nymphis conspicio, fessus etiam à præcedentibus laboribus, & cogitationibus varijs gravatus, ab aquarum murmure somno corripior, & dum suaviter obdormisco, occurrit mihi in somnis

viſio mirabilis: Video è mari noſtro venerandæ canitiei Semen Neptunum cum tridente egredientem, qui me poſt amicam ſalutationem in Inſulam deducit amæniſſimam. Hæc Inſula pulcherrima verſus Auſtrum ſita erat, ac rebus omnibus ad hominis neceſſitatem, & ad ejuſdem delitias ſpectanter refertiſſima: Virgilij Campus Elyſius vix cum illa potuiſſet comparari. Totum Inſulæ littus, undiq; virentibus myrtis, cupreſſis, ac Roremarino cinctum erat. Prata virentia varietatis floribus tecta, jucundiſſimo aſpectu, ſuaviſſimè redolebant. Colles Vineis, Oleis, & Cedris miro modo decorati erant. Nemora Arantiorum & Limoniorum arboribus referta: Vię publicę laurorum ac Granatorum arboribus ſingulari artificio intertextis, utrinque conſitæ, gratiſſimam peregrinantibus præbebant umbram. Vt paucis dicam, quicquid in toto mundo eſt;


ibi




i videbatur: Inter ambulandum
onstrabantur mihi à dicto Neptu-
o sub aliqua rupe latentes duæ il-
us Insulæ mineræ, Auri & Chaly-
s. Non longè illinc deducor ad
ratum, in quo peculiaris Hortus
arijs & spectatu dignissimis arbo-
bus plantatus erat: Inter complu-
es Arbores autem ostendit mihi se-
tem Arbores nominibus insigni-
as, ac inter has duas præcipuas, alijs
minentiores observavi, quarum u-
a ferebat fructum instar Solis lu-
idissimi & fulgentissimi, & folia
jus erant instar Auri. Altera verò,
roducebat albissimos Lilijs candi-
liores fructus, & folia ejus erant si-
ut argentum finum: Vocabantur
utem hæ arbores, à Neptuno una
olaris Arbor, & altera Lunaris. Et
quamvis in hac Insula omnia ad
utum essent, unicum tamen ipsi de-
rat, Aqua non habebatur, nisi ma-
gnà cum difficultate: Erant quidem
multi, qui partim tentabant illuc
Aquam

Aquam Fontis per canales deduce re:partim etiam ex varijs rebus el ciebant: sed frustraneus erat atter ratus labor, qui illic locorum nulli poterat haberi medio: & si habeba tur,inutilis tamen fuit & venenosa,nisi è radijs solis vel lunæ, quod pauci præstare potuerunt, & qui in hoc persiciendo fortunam habuit propitiam, nunquam ultra decem partes potuit attrahere. Erat enim ejusmodi Aqua mirabilis,crede mihi, quòd oculis meis viderim, & palparim Aquæ illius niveum candorem, & dum illam aquam contemplarer, valdè miratus sum. Interim fatigatus illâ considera tione, evanuit coram oculis meis Neptunus, & apparet mihi vir magnus, cujus fronti, nomen Saturni erat inscriptum. Hic accepto vase hauriebat Aquæ partes decem, & statim de fructu Arboris Solaris accepit & imposuit,& vidi fructum Arboris consumi & resolvi in-


stan






glaciei in Aqua calida, quæsivi
illo, Domine, video rem mirabi-
lem, Aquam esse ferè ex nihilo;
deo fructus Arboris in illa adeò
vi calore consumi, ad quid ista?
ille mihi gratiosè respondit:
mi, verum est, quòd res hæc est
irabilis, sed ne mireris, ita enim o-
ortet esse. Nam hæc Aqua est Aqua
tæ, habens potentiam fructus ar-
oris hujus ita meliorare, ut posteà
on plantatione aut insitione,
d solo suo odore faciat sibi cæte-
s sex arbores uniformes. Insu-
er hæc Aqua est, huic fructui in-
ar fœminæ, in re nulla possunt ar-
oris hujus fructus putrefieri, nisi in
ac Aqua: Et licet fructus per se sit
irabilis, & res pretiosa: attamen
in hac Aqua putrescit, gignit ex
ac putrefactione Salamandram
n igne perseverantem, cujus
anguis omni Thesauro pretiosior
st, habens facultatem sex arbo-
res, quas hîc vides, fertiles redde-
re,


re, illarumq; fructus melle dulci
res proferre. At ego petij, Domi
quomodo fit istud? Dixi tibi, inqu
Arboris Solis fructus esse vivos, du
ces; at ubi nunc unus saltem ex il
saturatur, quando in hac aqua c
quitur, possunt postea mille ex e
saturari. Quæsivi porrò, Domi
coquiturné igne forti, & quamdiu
At ille; Aqua ista habet intrinsecu
ignem, & si juvatur calore cont
nuo, comburit tres partes corpor
sui cum hoc corpore fructus, & no
remanebit, nisi pars minutissima
quæ vix imaginari potest, sed in
summa virtute coquitur sagaci in
genio Magistri, septem mensibu
primo, postea decem: Sed interea
apparent res variæ, & semper in di
quinquagesimo plus vel minus. Ad
huc interrogavi: Domine, nonné
potest etiam in alijs aquis coqui hic
fructus, vel additurné illi aliquid?
Respondit: non est nisi hæc una A-
qua, quæ utilis est in hac regione,
vel



l Insulæ: Nulla etiam alia Aqua
teſt penetrare poros hujus pomi,
ſi hæc; & ſcito Arborem Solarem
iam ex hac Aqua ortam, quæ ex
dijs Solis vel Lunæ vi magnetis ex-
acta eſt. Propterea inter ſe magnā
ibent concordantiam: ſed ſi ali-
uid peregrini ipſi adderetur, non
oſſet id præſtare, quod facit per ſe.
elinquenda igitur per ſe, nihilque
additur, niſi hoc pomum. Poſt de-
ctionem enim eſt fructus immor-
alis vitam habens & ſanguinem,
uia ſanguis omnes arbores ſteriles
cit portare fructus ejuſdem. Na-
uræ cum pomo. Rogavi, ulteriùs:
Domine, Hauriturne Aqua hæc alio
nodo, vel habeturné ubique? Et il-
e, In omni loco eſt, & nemo ſine ea
ivere poteſt, hauritur miris mo-
is, ſed iſta eſt optima, quæ extrahi-
ur vi Chalybis noſtri, qui invenitur
n ventre Arietis. Dixi; ad quid uti-
is? Reſpondit, ante debitam coctio-
nem eſt ſummum venenum; ſed
poſt

post coctionem convenientem su
ma est medicina, & dat vinginti n
vem grana sanguini; quodlibet a
tem granum octingentos sexagin
quatuor suppeditabit tibi fruct
Arboris Solaris. Quæsivi; nonné u
terius meliorari potest? Teste scr
ptura Philosophica, ait, primùm a
decem, posteà ad centum, deind
ad mille, & decem millia, &c. po
test exaltari. Instabam, Domine
mi: noveruntné multi istam Aquam
& habetné nomen proprium? Ill
clamabat palàm dicens: pauci no
verunt, sed omnes viderunt, &
vident & amant. Habet nom
na, sed multa & varia. At nome
proprium ejus est Aqua maris no
stri. Aqua vitæ non madefacien
manus. Petij adhuc. Utunturné eâ a
lij ad res alias? Utitur eâ, ait, omni
creatura, sed invisibiliter. Nascitur
né in eâ aliquid? interrogavi: At ille
ex eâ fiunt res omnes in mundo, &
in eâ vivunt: sed in eâ propriè nihi
est,






sed est res, quæ se miscet omni
Quæsivi, estnê sine hoc Arboris
ctu utilis? Ad hoc dixit, in hoc
ere nequaquam, siquidem non-
i in solo hoc Arboris Solaris fru-
melioratur. Incepi adhuc roga-
, Domine quæso nomina mihi
am tam manifesto nomine, ut nul
n possim ampliùs habere dubi-
n. At ille sublatâ voce clamavit,
me è somno excitaret, ideò non
npliùs poteram quærere, nec ille
terius mihi respondere voluit,
ec ego tibi plura dicere possum.
ontentus esto hisce, & crede,
uod non est possibile lucidiùs lo-
ui. Nam si hæc non percipis, nun-
uam aliorum Philosophorũ libros
ssequeris. Post Saturni insperatum
c subitaneum discessum, novus me
opor invasit, & denuò mihi for-
na visibili apparet Neptunus: Præ-
entem in Hortis Hesperidum con-
ratulatur felicitatem, monstran-
o mihi speculum, in quo totam
Natu-

Naturam detectam vidi: Post vari
ultro citroque commutatos sermo
nes, gratias ipsi pro exhibitis bene
cijs ago, quod suo videlicet duct
non solùm hunc amœnissimu
Hortum ingressus fuerim: verù
etiam in optatissimum Saturni co
loquium venerim. Sed quia prop
improvisum Saturni discessum di
ficultates aliquæ quærendæ & inv
stigandæ adhuc restarent, rogavi
nixè, ut hâc exoptatâ occasione m
hi scrupulum eximeret. His auten
verbis illum compello: Domine, le
gi libros Philosophorum affirman
tium, generationem omnem fier
per marem & fœminam, & tamen
solum fructum arboris solaris vid
in somnijs, Saturnum Mercurio no
stro imponere, credo etiam tibi u
Domino Maris hujus, quòd ista be
nè scias, responde quæstioni meæ,
quæso. At ille, verum est, fili. omni
generatio fit in mare & fœmina.
sed propter distractionem trium

Natu




Naturę regnorum, alio modo nascitur Animal quadrupes, alio modo vermis. Licèt enim vermes habeant oculos, visum, auditum, & reliquos sensus, tamen per putrefactionem producantur, & eorum locus vel terra, in quà putrefiunt, fœmina est: Ita in opere Philosophico mater est hujus rei, repetita toties illa Aqua tua, & quicquid ex ea nascitur: more vermium, per putrefactionem nascitur: Ideò Philosophi Phænicem Salamandram crearunt: Si enim è duorum corporum conceptione fieret, esset res morti obnoxia: at quia se tantùm revificat, destructo corpore priori, emicat aliud incorruptibile. Siquidem mors rerum nil aliud est, quàm separatio unius ab altero. Et in hac Phœnice ita fit, quòd se vita à corpore corruptibili per se separat. Insuper quæsivi: Domine mi, suntné diversæ res rerum vel compositio in hoc opere? At ille, Unica res est, cui non misceatur ali-

quid aliud, præterquam Aqua Phi-
losophica tibi in somno aliquoties
manifestata, quæ in decuplo esse de-
bet ad unam corporis partem: Et
firmiter ac indubitatè credas, fili,
quæ per somnia in hac insula pro
more regionis, tibi à me & à Saturno
fuerunt patefacta, nullo modo esse
somnia, sed purissimam veritatem:
quam experientia unica rerum Ma-
gistra tibi Dei assistentiâ detegere
poterit. Ulteriùs quærentem sine
responso post valedictionem disce-
dens, me à somno excitatum in de-
sideratam Europæ regionem sistit.
Et ita tibi etiam amice Lector, satis
hactenus à me dictum sufficiat.
Vale.

Soli Triuno Laus & Gloria.



LECTO-




LECTORI BENEVOLO.

QUisquis sit Tractatuli hujus auctor amice Lector, quærere desine: quod autem eum conscripserit, hanc habeto causam. Ego quoque quis sim, quod scias, non opus. Scias autem certò certißimè Auctorem opusculi hujus, LAPIDEM PHILOSOPHORUM perfectißimè tenere, fecisse, habere. Cum autem mutuâ & syncerâ nos prosequamur benevolentiâ, petij, ut in amoris mei signum tria principia prima discuteret, MERCURIUM nempe, SULPHUR & SAL, si in ijs communibus, aut alijs LAPIS PHILOSOPHORUM quæri debeat, indicaret, idq; verbis faceret simplicißimis, & stylo tenuißimo. Postquam autem hoc tractatulo raptim conscripto mihi annuisset, certò mihi persuasi, fore ut eo in lucem edito etsi minus gratum id Auctori futurum verear, (omnis enim ambitio

ab illo procul est) optimè mihi velint veræ Philosophiæ amatores, minus enim jacturæ, sumptuum, & damnorum ab impostoribus, temporis, bonæ famæ & honoris, illo lecto & benè considerato, passuros non dubito. Quod si mundum probum (prophanum enim vulgus Alchymistarum odi & arceo) pro hoc meo benevolo animo gratum sensero, enitar, ut & reliqua duo principia, & alia plura ab eodem Auctore sequantur. Interim hoc fruere & vale.






DIALOGUS MERCURII,
Alchimistæ & Naturæ.

IN illo tempore convenerunt Chymistæ, & consilium fecerunt quomodo LAPIDEM PHILOSOPHORUM facere ac præparare deberent, & sic per vota quilibet suam opinionem, ut diceret, constituerunt. Et concursus ille fuit sub dio in prato quodam die serenâ quâdam. Et multi concordarunt Mercurium esse illius primam materiam, alij Sulphur, alij alia. Sed de Mercurio maxima illorum fuit opinio, præsertim ex dictis Philosophorum, quoniam illi pro vera materia prima habent, & etiam pro prima materia Metallorum: clamant enim Philosophi NOSTER MERCURIUS. Et cum ita inter se certarent laboribus varijs, (quilibet enim illorum expe-


expectabat cum desiderio & læti-
tia, conclusionem) surrexit inte-
rim tempestas maxima cum procel-
lis, nimbis & vento inaudito, qui
illam congregationem dispersit
in varias provincias, quemlibet se-
orsim sine conclusione. Quilibet
tamen illorum impressit sibi qua-
lis debebat esse illius disputationis
finis. Cœpit igitur quilibet labo-
res suos sicut prius. unus in hac, al-
ter in aliâ re quærentes LAPI-
DEM PHILOSOPHORUM,
& hoc fit huc usq; sine cessatione.
Unus verò illorum memor dispu-
tationis, quòd necessario in Mercu-
rio quærendus sit lapis Philosopho-
rum, dixit ad se: Etiamsi non est fa-
cta conclusio: tamen in Mercurio
laborabo, faciamque ego conclu-
sionem facto lapide benedicto, erat
enim homo, qui semper secum so-
lebat loqui, sicut solent Alchymistæ.
Cœpit igitur legere libros Philo-
sophorum, & incidit in Librum
Alani



Alani, qui de Mercurio tractat, & sic factus est ille Alchymista Philosophus, sed sine conclusione. Et accepto Mercurio cœpit laborare, posuit illum in vitrum & dedit ignem. Mercurius, sicut solet, evaporavit. Alchymista miser, nesciens naturam, uxorem suam verberavit, dicens: nemo huc venire potuit præter te, Tu mihi accepisti Mercurium ex vitro. Uxor flendo se excusat, dicitque tacitè Marito: facies tu merdam ex his. Accepit Alchymista Mercurium denuô, & iterum imposuit vasi, & ne uxor acciperet, custodiebat illud. Sed Mercurius suo modo iterum evaporavit. Alchymista recordatus, quod materiam primam lapidis Philosophorum volatilē esse oporteat, gavisus est valdè, sibi omninô persuadēs, non se jam posse falli, habitâ hac materiâ, cœpit jam audacter Mercurium tractare, didicit posteà illum sublimare, calcinare miris mo-


dis, jam salibus, jam sulphure, jam metallis, jam mineris, jam sanguine, jam crinibus, jam aquis fortibus, jam herbis, urinâ, aceto, sed nihil potuit invenire ad propositum suum, nihil in orbe intactum reliquit, cum quo non tractasset bonum Mercurium. Et cùm omninò nihil proficere posset, incidit in hoc dictum, (quod in sterquilinio invenitur.) Cœpit Mercurium cum stercoribus varijs tractare, simul & seorsim. Et cum ita fatigatus fuisset, & plenus cogitationum obdormivit. Et in somnis apparuit illi visio: venit ad illum vir senex, qui salutavit illum & dixit: Amice quid contristaris? respondit, libenter vellem facere Lapidem Philosophorum. Tunc ille: Amice ex quibus vis facere Lapidem Philosophorum? *Alchym.* Ex Mercurio Domine. *Senex.* Ex quali autem Mercurio? *Alchym.* Non est nisi unus Mercurius. *Senex.* Verum

est




est, unum esse Mercurium, sed variatum varijs locis: una pars purior alterâ. *Alchym.* O Domine, Ego illum scio purgare optimè, aceto & sale, nitro & vitriolo. *Senex.* Dico tibi, hæc purgatio non est vera, nec Mercurius sic verus est: alium enim Mercurium habent Viri sapientes, aliamq; ejus purgationem, & sic evanuit. Excitatus è somno Alchymista, cogitabat qualis esset illa visio, cogitabat qualis esse deberet ille Mercurius Philosophorum: nihil potuit excogitare aliud, quàm hunc suum Mercurium vulgi. Sed tamen desiderabat, ut cum illo sene longius loqui potuisset, laboravit tamen assiduè, jam & in stercoribus animantium, & puerorum, postea & in suo proprio stercore laborare cœpit. Et quolibet die in locum ubi visionem vidit, ibat, ut senem illum iterum alloqui posset, interdum simulabat somnum, clausis oculis jacebat,

expectando ſenem. Sed cum venire nollet, putabat illum timere, neque credere quod dormiret, jurabat ergo dicens: Mi Domine Senex, noli timere, certè, ego dormio, reſpice oculos ſi non credis. Et miſer ille Alchymiſta, poſt tot labores & conſumptionem bonorum ſuorum, jam & in delirium cadebat, ſemper de illo ſene cogitando. Et ex illâ fortiſſimâ imaginatione, apparuit illi phantaſma per ſomnum, in forma illius ſenis, & dixit illi: Noli deſperare amice: Mercurius tuus bonus eſt & materia tua, ſed ſi tibi non vult obedire, conjures illum, ne ſit volatilis. Tamen & ſerpentes ſolent conjurari, quare & non Mercurius? & ſic diſcedere voluit ſenex. At Alchymiſta ab illo petijt dicens: Domine exſpecta; & præ clamore excitatus eſt miſer, tamen non ſine magnâ conſolatione. Accepit poſtea vas plenum Mercurio, & cœpit




pit illum miris modis conjurare ſicut illum docuit ſomnium. Et recordatus eſt verborum Senis, quod dixerit: Serpentes conjurantur, & Mercurius pingitur cum ſerpentibus, cogitavit, certè ſic debet conjurari ſicut ſerpens. Et accepto vaſe cum Mercurio cæpit dicere: UXUX, OSTAS &c. Et ubi debuit eſſe nomen ſerpentis, Mercurij poſuit, dicens. Et tu Mercuri nequiſſima beſtia, &c. Ad quæ verba Mercurius cæpit ridere, & loqui ad Alchymiſtam dicens: quid vis quod me turbas mi Domine Alchymiſta? *Alchym.* Oho, jam me vocas Dominum, quando tibi vivum tango, jam tibi inveni frænum, expecta parum, mox meam cantilenam canes, & cæpit ad illum ſtrenuè loqui, quaſi cum irâ, Tune es ille Mercurius Philoſophorum? *Merc.* quaſi timeret reſpondit, ego ſum, mi Domine, Mercurius.

Alchym. quare ergo mihi obedire noluisti? nec te fixare potui? *Merc.* O magnifice Domine, rogo, parce mihi misero; nescivi enim, quòd sis tantus Philosophus. *Alchym.* Nonnè hoc sentiebas ex meis laboribus, cùm ita philosophicè tecum procedebam? *Merc.* Ita est mi Domine magnifice, attamen occultare me volui sed video miser, quod me occultare non possum coram Domino meo magnifico. *Alchym.* Jam ergò nosti Philosophum. *Merc.* maximè mi Domine; video dominationem vestram magnificam philosophum esse excellentissimum. *Alchym.* Lætus in corde suo dicit: certè ego jam inveni, quod quæsivi. Iterum ad Mercurium dicit voce terribili: Nunc Eia, jam ergo esto obediens, aliâs non benè tecum erit. *Merc.* Libenter mi Domine, si tantùm possim: nam jam debilis valdè sum. *Alchym.* Quid jam te ex-



te excuſas? *Merc.* Non mi Domine, ſed langueſco. *Alchym.* Quid tibi nocet? *Merc.* Alchymiſta mihi nocet. *Alchym.* Quid tu adhuc me rides? *Merc.* O Domine non, de Alchymiſtâ loquor tu autem Philoſophus es. *Alchym.* O benè, benè ita eſt. Sed quid fecit tibi Alchymiſta? *Merc.* O mi Domine, multa mala fecit mihi, nam commiſcuit me miſerum rebus mihi contrarijs, unde nõ poſſum pervenire ad vires meas, & ſum ferè mortuus: cruciatus enim ſum usque ad mortem ferè. *Alchym.* O dignus es iſtis, quia es inobediens. *Merc.* Nunquam inobediens fui alicui Philoſopho, ſed ex naturâ mihi eſt ridere ſtultos. *Alchym.* Et de me quid ſentis? *Merc.* O Domine, tu es Vir magnus, Philoſophus maximus, tuâ magnitudine excellis Hermetem. *Alchym.* Certè, ita eſt, ego ſum vir doctus, ſed me nolo laudare ipſe, ſed & Uxor mea dixit mihi, quod e-

go ſim valdè doctus Philoſophus, illa hoc cognovit in me. *Merc.* Credo facilè: nam tales oportet eſſe Philoſophos, qui præ nimiâ prudentiâ & labore inſaniant. *Alchym.* Age, dicas mihi ergo quid faciam tecum? quomodo ex te faciam Lapidem Philoſophorum? *Merc.* O mi Domine Philoſophe ego neſcio. Tu es Philoſophus, ego Servus Philoſophorum, quod illi ex me facere volunt, faciunt, ego illis in quantum poſſum, obedio. *Alchym.* Tu mihi dicere debes, quomodo tecum procedere debeo, & ſi ex te facere poſſum Lapidem Philoſophicū. *Merc.* Si ſcis facies, ſi verò neſcis, nihil facies: à me nihil addiſces, ſi priùs neſcis mi Domine Philoſophe. *Alchym.* Tu mecū ita loqueris, ſicut cum aliquo ſimplici homine, fortaſſe ignoras, quòd ego apud magnos Principes laboravi, & apud illos philoſophus fui. *Merc.* Facilè credo mi Domine, nam



nam iſta optime ſcio, adhuc ſordeo ex hujus laboris mixturâ. *Alchym.* Dic ergò mihi, Tu es Mercurius Philoſophorũ? *Merc.* Ego ſum Mercurius, ſi autem ſum Philoſophorum, te ſcire oportet. *Alchym.* Dic mihi ſolũmodò, ſi tu es verus Mercurius, vel ſi eſt alius? *Merc.* Ego ſum Mercurius, ſed eſt & alius, & ſic evanuit. Alchymiſta clamat, & loquitur, ſed nemo reſpondet illi. Et cogitans inter ſe dicit: Verè ego ſum vir optimus, mecũ locutus eſt Mercurius, certè me amat, & incœpit iterum laborare diligẽter, cœpit Mercurium ſublimare, diſtillare, calcinare, turbiſare, præcipitare, ſolvere miris modis & aquis varijs, ſed ut priùs, fruſtrà conatus eſt, inaniter conſumit ſumptus & tempus. Quapropter tandem incipit maledicere Mercurio, & Naturam blaſphemare, quod creaverit illum. Natura verò cùm audivit iſta, vocavit

Mer-

Mercurium ad ſe, & dixit illi: Quid tu feciſti huic? quid mihi maledicit propter te? & blaſphemat me? cur non præſtas quod debes? Sed Mercurius modeſtè ſe excuſat, at Natura jubet ut ſit obediens filius doctrinæ quærentibus ſe. Mercurius promiſit ſe id præſtiturum, atque: Mater Natura, ſed ſtultis quis ſatisfaciet? Natura ſubridens diſceſſit: Mercurius verò iratus Alchymiſtæ, etiam ad ſuum locum vadit.


Poſt aliquot dies, incidit in mentem Alchymiſtæ, quod in laboribus ſuis aliquid omiſerit, iterum ad Mercurium recurrit, & illum cum ſtercore porcino commiſcere conſtituit. Sed Mercurius iratus, quod illum ſiniſtrè coram Natura matre accuſaverat, ad Alchymiſtam ait: Quid tu ſtulte ex me habere vis? cur me accuſaſti? *Alchym.* Tune es ille, quem ego deſideravi videre? *Merc.* Ego ſum, ſed nemo me cœcus vide-

re

re poteſt *Alchym.* Ego non ſum cœcus. *Merc.* Maximè cœcus es, nam teipſum non vides, quomodo ergo me videre debes? *Alchym.* O jam ſuperbus es, ego tecum modeſtè loquor, & tu ita me contemnis: neſcis fortaſſè, quòd ego apud multos Principes laboraverim, & apud illos Philoſophus fuerim. *Merc.* Ad Principum aulas ſtulti concurrunt, illic enim honorantur, & præ cæteris benè habent, fuiſti tu etiam apud aulam? *Alchym.* O tu es diabolus, & non bonus Mercurius, ſi tu ita vis loqui cum Philoſophis: nam & priùs ita me ſeduxiſti. *Merc* Noſtiné tu Philoſophos? *Alchym.* Ego ipſe ſum Philoſophus. *Merc.* Ecce nobis Philoſophus, ſubridens dicit, & cœpit cum illo ulteriùs loqui, dicens: Mi Philoſophe, dic ergo mihi, quid quæris, & quid vis habere? facere quid cupis? *Alchym.* Lapidem Philoſophorum. *Merc.* Ex quâ igitur mate-

materiâ vis illum facere? *Alchym.* Ex Mercurio nostro. *Merc.* O mi Philosophe, tunc ego discedam quia non sum vester. *Alchym.* O tu es non nisi Diabolus, & vis me seducere. *Merc.* Certè mi Philosophe, tu mihi es diabolus, non ego tibi: nam tu pessimè me tractasti, more diabolico. *Alchym.* O quid audio. Certè hic est diabolus; nam ego omnia secundum Philosophorum scripta facio, & scio optimè laborare. *Merc.* Optimè scis, nam & magis facis quàm scis & legis: Philosophi enim dixerunt, naturam naturis miscendam, & extra naturam nihil jubent; tu verò jam me cum omnibus ferè rebus sordidissimis, & stercoribus misces. *Alchym.* Ego nihil facio extra naturam: sed semino semen in terram suam, sicut Philosophi dixerunt. *Merc.* Seminas me in stercus & tempore messis ego evanesco, tu verò stercus metere soles.

Alchym.



Alchym. Tamen sic Philosophi scripserunt, quod in sterquilinio materia illorum quæri debeat. *Merc.* Verum est quod illi scripserunt, & tu ad Syllabam intelligis, & non eorum sensum & mentem. *Alchym.* Nunc video quod tu es Mercurius fortassis; sed non vis obedire mihi. Et cœpit illum iterum conjurare, dicens: V X V X. sed Mercurius ridens respondit: nihil proficies, mi Amice. *Alchym* Non frustra de te dicunt, quod mirabiles es, & inconstans ac volatilis. *Merc.* Tu me dicis esse inconstantem, hoc tibi sic solvo. Constans ego sum, constanti artifici; fixus fixo animo: sed tu, & tui similes inconstantes sunt vagantes ex una re in aliam, ex una materia in alteram. *Alchym.* Dic ergo mihi, sic tu es ille Mercurius de quo Philosophi scripserunt, quem cum sulphure & sale, omnium rerum principium

dixe-

dixerunt, an verò alius quærendus? *Merc.* Certè fructus ab arbore non procul cadit, ſed ego meam gloriam non quæro: ſum idem qui fui, ſed anni mei diverſi ſunt. Ab initio juvenis fui tam diu, quàm diu fui ſolus. Sed jam ſenior ſum, ſed idem qui fui ante. *Alchym.* Jam mihi places, quòd mihi dicas, quòd jam ſenior ſis: ego enim ſemper talem quæſivi, qui ſit maturior & fixior, ut eò faciliùs cum illo convenire poſſim. *Merc.* Fruſtrà me viſitas ſenem, qui me non noſti in juventute. *Alchym.* Nonnè ego te novi, qui te ſemper miris modis tractavi ut tu ipſe dixiſti, & adhuc non deſinam, donec perficiam Lapidem Philoſophorum. *Merc.* O me miſerum, quid ſim facturus? qui fortaſſe iterum cum ſtercoribus miſcebor, jam crucior denuo. O me miſerum; rogo te ô Domine Philoſophe, noli me tantum porcino ſtercori miſcere, nam

aliàs


iàs jam peribo, fœtore enim hoc, ogor meam mutare formam. Et uid vis ut amplius faciam? nónne itis crucior à te? nónne obedio ti-i? nónne miſceo me rebus quibus u vis? nónne miſceo me rebus qui-us tu vis? nónne ſum ſublimis? ónne præcipitatus: nónne Thur-it? nónne Amalgama? nónne ma-ca? quid jam magis à me cupis? me-m corpus jam ita flagellatum eſt, am ſputatum ut & lapis mei poſſit miſereri: ex me habes lac, ex me carnem, ex me ſanguinem, ex me butyrum, ex me oleum, ex me a-quam, & quod unquam metallorũ aut mineralium id præſtare poſſit, quod ego ſolus? & non eſt miſeri-cordia mecum. O me miſerum. *Al-chym.* Oho, non nocet tibi, tu es ne-quam, licèt te quovis modo inver-tas, tu non mutas te, niſi formam tibi fingis, iterum ſemper redis in primam ſpeciem tuam. *Merc.* Ego

facio

facio ſicut tu vis, ſi vis ut ſim cor-
pus, corpus ſum; ſi vis ut ſim pul-
vis, pulvis ſum. Neſcio quomodo
me magis humiliare debeam, quam
cum pulvis & umbra fio. *Alchym.*
Dic ergo mihi, quis tu es in cen-
tro tuo? & non te plus cruciabo.
Merc. Jam cogor tecum ex funda-
mento loqui. Si vis potes me intel-
ligere, formam meam vides, de
hoc tibi non eſt opus. Sed quod de
centro meo interrogas, centrum
meum eſt cor omnium fixiſſimum,
immortale, & penetrans, in illo eſt
requies Domini mei, ego verò ipſe
ſum via, & curſor, peregrinus, &
domeſticus, fideliſſimus ſum meis
ſocijs, non relinquo comitantes
me, cum illis maneo, cum illis pe-
reo. Sum corpus immortale, mori-
or quidem cum occidor, ſed ad ju-
dicium coram ſagace judice reſur-
go. *Alchym.* Ergo tu es lapis Philoſo-
phorum? *Merc.* Mater mea talis
eſt,


ſt, ex illa naſcitur artificialiter unum aliquid, frater verò meus qui in arce habitat, in velle ſuo habet, quod Philoſophus vult. *Alchym.* Es ne tu ſenex? *Merc.* Mater mea genuit me, ſed ego ſenior ſum matre. *Alchym.* Quis diabolus te poteſt intelligere? cùm mihi ad propoſitum non reſpondeas? ſemper parabolas dicis. Dic mihi, ſi tu es fontina, de quâ Bernardus Comes Treviſanus ſcripſit? *Merc.* Fontina non ſum, ſed aqua ſum, fontina me circumdedit. *Alchym.* Solviturnè aurum in te cum aqua ſis? *Merc.* Quicquid mecum eſt amo, ſicut amicum, & quicquid mecum naſcitur, huic nutrimentum do; & quicquid nudum eſt, alis meis tego. *Alchym.* Video ego, quòd tecum nō eſt loqui, ego alia quæro, tu alia dicis. ſi non vis benè reſpondere, certè jam tecum eo ad labores *Merc.* O Domine, rogo te eſto mihi miſericors, jam libenter dicam, quod ſcio.


ſcio. *Alchym.* Dic ergo mihi, ſi tu times ignem? *Merc.* Ego ipſe ignis ſum. *Alchym.* Et quare igitur ab igne fugis? *Merc.* Spiritus meus cum ſpiritu ignis amant ſe, & quo poteſt comitatur unus alterum. *Alchym.* Et quorſum ſoles ire, quādo cum igne aſcendis? *Merc.* Scito, omnis peregrinus ſemper in patriam ſuam tendit, & quando illuc unde egreſſus eſt, venit, requieſcit, & ſemper redit ſapientior, quàm exit. *Alchym.* Reverterisné iterum aliquando? *Merc.* Revertor, ſed in aliâ formâ. *Alchym.* Non intelligo quid hoc eſt, neque de igne quidquam. *Merc.* Si quis ignem cordis mei novit, vidit ignem (calorem debitum) cibum meum eſſe: & quo diutius ignem ſpiritus cordis mei comedit, pinguior erit, cujus mors poſtea vita omnium rerum eſt, quæcunq; in hoc regno ſunt, ubi ego ſum. *Alchym.* Eſné tu magnus? *Merc.* Habes me in exem-



exemplum, ex mille guttulis unus ero ex uno multa millia guttarum do, & ſicut corpus meum eſt in oculis tuis. Si mecum ludere ſcis, potes me dividere in tantum in quantum vis, iterum unus ero: quid igitur ſpiritus (cor meum) intrinſecè, qui ſemper ex minutiſſimâ parte multa millia profert? *Alchym.* Et quo modo igitur tecum facere oportet, ut ita ſis? *Merc.* Ignis ſum intus, ignis eſt mihi cibus, vita verò ignis aêr eſt, ſine aêre ignis extinguitur: ignis prævalet aëri, propterea non quieſco, nec me crudus poteſt conſtringere aër, adde aêrem aêri, ut ſint ambo unum, & teneant pondus, cum igne calido conjunge, temporibus da ad cuſtodiendum. *Alchym.* Quid poſtea erit? *Merc.* Subtrahetur ſuperfluum, reſiduum combures igne, in aquam pones, coques poſtea, coctum ægrotis in medicinam dabis. *Alchym.* Nihil mihi di-

cis ad meas quæſtiones. Video ego
quòd tu me tantùm parabolis vis e-
ludere. Uxor, affer ſtercus por-
cinum, ego iſtum Mercurium novis
modis tractabo, donec mihi dicat,
quomodo lapis Philoſophicus ſit
faciendus ex illo. Mercurius audi-
tis hiſce, incipit lamentari ſuper
Alchymiſtam, vaditque ad Matrem
Naturam, accuſat ingratum labo-
rantem. Natura filio Mercurio cre-
dit, qui verax eſt, irâ commota, ad
Alchymiſtam venit, & illum vocat,
heus tu, ubi es? *Alchym.* Quis eſt qui
me vocat? NATURA. Quid tu ſtul-
te cum filio meo agis? cur illi facis
tantam injuriam? cur illum cruci-
as, qui tibi omne bonum facere
vult; ſi tantùm intelligere velles?
Alchym. Quis diabolus me increpat,
tantum Virum & Philoſophum?
Natur. O ſtulte, plenum ſuperbiâ
ſtercus Philoſophorum, novi ego
Philoſophos, & omnes Sapientes,
quos






quos amo, nam & illi me amant, & omnia mihi faciunt ad placitum: & quo ego non possum, illi me juvant. Vos autem Alchymistæ, ex quorum ordine tu quoq; unus es, absq; meo scitu & consensu, imò omnia contraria mihi facitis, propterea vobis etiam contrarium evenit. putatis, quòd benè filios meos tractetis, sed nihil perficitis: & si rectè considerare velitis, non vos illos tractatis, sed illi vos tractant: nam vos nihil ex illis facere potestis neque scitis, illi verò ex vobis, quando volunt, faciunt stultos. *Alchym*. Non est verum, ego etiam sum Philosophus, & scio laborare benè, fui ego apud Principem non unum, & fui apud illos Philosophus, quod & uxor mea scit, etiam jam nunc habeo librum manuscriptum, qui erat aliquot centum annis in muro quodam occultus, jam certò sciam facere Lapidem Philosophorum, & etiam hisce


diebus revelatum est mihi est per somnium. O ego soleo vera somnia habere: Uxor tu scis. *Nat.* Facies sicut fecerunt alij tui collegæ, qui in principio omnia sciunt, & scire se putant, in fine verò nihil. *Alchym.* Tamen alij ex te (si tu es vera Natura) solēt facere. *Nat.* Verum est, sed solummodò hi, qui me noverunt, qui pauci sunt. Qui me verò novit, non cruciat filios meos, neq; me impedit sed mihi facit ad placitum, & augmentat bona mea, & filiorum meorum corpora sanat. *Alchym.* Tamen & ego sic facio. *Natur.* Tu mihi contraria omnia facis, & contra meam, voluntatem cum filijs meis procedis: ubi deberes revificare, tu occidis: ubi figere, tu sublimas: ubi calcinare, tu distillas; præsertim hunc mihi obedientissimum filium Mercurium, quem tot corrosivis aquis, tot venenosis rebus crucias. *Alchym.* Tunc ego sic procedam

cum

cum illo ſuaviter per digeſtionem ſolummodò. *Natur.* Benè eſt ſi ſcis, ſin minùs non illi, ſed tibi nocebis ipſe, & ſumptibus tuis: nam idem eſt illi, ita cum ſtercore ſe miſcet ſicuti cum auro, gemma ſemper bona eſt, & ſtercus illum non minuit, etiamſi in illud proijcietur, quando lavatur eadem eſt gemma, quæ fuit antea. *Alchym.* Sed ego libenter ſcire facere Lapidem Philoſophicum. *Natur.* Ergo non ſic filium meum tractato: ſcito enim, quod ego multos filios & filias habeam, & adſum præſtò quærentibus me, ſi ſunt digni. *Alchym.* Dic ergo mihi quis eſt iſte Mercurius? *Natura.* Scito, quod eſt mihi unus tantùm talis filius, unus ex ſeptem eſt & primus eſt, ipſe quoque omnia eſt; qui unus tantùm erat: nihil eſt, & numerus ejus integer eſt. In illo ſunt quatuor Elementa, qui tamen non eſt Elementum. Spiritus eſt, qui ta-

men corpus eſt: Vir eſt, & tamen vices fœminæ agit: puer eſt, & viri arma gerit: animal eſt, & tamen alas avis habet. Venenum eſt, & tamen lepram curat: vita eſt, & tamen omnia occidit: Rex eſt, alter tamen poſſidet ejus regnum: fugit cum igne, & tamen ex illo paratur ignis, aqua eſt, & non madefacit: terra eſt, & tamen ſeminatur: aër eſt, & vivit aquâ. *Alchym.* Jam video ego, quòd nihil ſcio, ſed non audeo dicere: nam perderem bonam exiſtimationem, & vicinus meus non impenderet amplius in me, ſi ſciret, quod ego nihil ſciam: ego tamen dicam, quod ſcio certè, alias nemo vel panem mihi daret: multi enim illorũ ſperant à me multa bona. *Natura.* Etſi in longum pertrahes, quid poſtea erit? interim & vicini quilibet, repetent ſuos ſumptus à te. *Alch.* Alam ſpe omnes quouſque potero. *Natur.* Et tandem quid ultimò? *Alch.* Tentabo tacitè varios labores, ſi ſucce-





ſuccedet, ſolvam: ſin minus, ibo in aliam provinciam & hoc idem agã. *Nat.* Et poſtea quid erit? *Alchym.* Ha, ha, ha, ſunt multæ provinciæ, multi quoque avari, quibus magnam copiam promittam auri, idq; breviſſimo tempore, & ſic dies diem ſequetur interim aut Rex, aut Aſinus morietur, aut Ego. *Nat.* Laqueus (merito) tales Philoſophos manet: apage te, & finem tibi, & tali tuæ philoſophiæ, malâ cruce, quàm ociſſimè impone; hoc enim unico conſilio, nec mihi, nec proximo, nec tibi ipſi fraudi eris.

FINIS.





INDEX CAPITUM LIBRI PRIMI TYROCINII CHYMICI, JOH. PEGUINI.

DE definitione Chymiæ. cap. 1 p. 159.
De solutione in genere c. 2 p 188.
De Calcinatione cap. 3. pag. 195.
De Extractione cap 4. pag. 199.
De Coagulatione cap. 5. pag. 215.
De Lutatione cap. 6. pag. 216.

LIBRI SECUNDI.

CAnones ad destillationis doctrinam necessarij cap. 1. pag. 220
De Aquis ex floribus, herbis, radicibus, corticibus, seminibus, lignis cap. 2. pag 226.
De Aquis fortibus cap. 3. pag. 233.
De Spiritibus cap. 4. pag. 234.
De Aceto cap. 5. pag. 247.
De Oleis cap. 6. pag. 249.

De Tincturis liquidis cap.7. pag.263.
De Balsamis cap. 8. pag.265.
De Extractis cap.9. pag.267.
De Tincturis mollibus cap.10. pag.276.
De Calcinatione Salis &c. c.11 pag.280.
De Calcinatione Antimonij c.12 p.286.
De Calcinatione & præparatione Mercurij cap.13. pag.294.
De Calcinatione Saturni & Jovis c. 14. p.g. 307.
De Calcinatione Martis & Veneris c 15. pag.312.
De Calcinatione Lunæ & Solis c.16.p.316
De Salibus cap.17. pag.323.
De Floribus cap.18. pag.332.
De Magisterijs cap.19. pag.337.
De Tincturis solidiusculis & Panacæis cap.20. pag.341.

LIBRI TERTII.

DE essentia quinta sanguinis humani cap.1. pag 350.
De Quinta Vini essentia cap.2. pag 358
De Quinta Corallorum essentia cap.3. pag.363.



INDEX TRACTATUUM NOVI LUMINIS CHYMICI.

I. DE Natura, Quidnám ea sit, & quales ejus debeant esse Scrutatores. 377.
II. De Operatione Naturæ in nostro proposito & spermate. 384
III. De vera prima Metallorum materiâ. 390.
IV. De Metallorum in terræ visceribus generatione. 393.
V. De generatione lapidum omnis generis, 398.
VI. De secunda materia & putrefactione rerum. 402.
VII. De virtute secundæ materiæ. 410.
VIII. De arte, & quomodo per artem operetur natura in semine. 414.

X. De

[.]. De Commixtione Metallorum vel [e]liciendo semine Metallico. 416.

De Generatione supernaturali filij Solis. 419.

[.]I De praxi & confectione lapidis, seu Tinctura per artem. 423.

[I]II. De Lapide & ejus virtute. 432.

[Æ]nigma Philosophicum. 453

[D]ialogus Mercurij, Alchymistæ & Naturæ. 467.





